¶Quod beneficiũ acceperis, prædica ſæpe: quod ipſe déderis, diſſimula. *Parle ſouuent du plaiſir que tu as receu d'aultruy: mais ne dy mot de celuy que tu as faict.*

Officium altérius, multis narrâre meménto:

Atque áliis cum tu benefeceris, ipſe ſilêto.

TV memento) fac memineris, *fay qu'il te ſouuienne.*
Narrare) dicere & prædicare, *dire & publier.*
Multis) ſub. hominibus) *a pluſieurs gens.*
Officium alterius) ſub. hominis) id eſt, beneficiũ ab alio tibi præſtitum, *le bien & le plaiſir que t'a faict ung aultre:* ne ſcilicet habearis ingratus. *A fin que tu ne ſois reputé ingrat.*
Atque cum) id eſt, cum autem, *mais quant.*
Tu benefeceris) beneficium dederis, *tu auras bien faict.*
Alijs) ſub. hominibus) *aux aultres.*
Ipſe) tuipſe, *toymeſme.*
Sileto) noli commemorare: ſub. illud) *n'en dy mot, n'en parle point:* ne ſcilicet videaris exprobrare beneficium, *de peur qu'il ne ſemble que tu reprouches ton bien faict.*

Multôrum cum facta ſenex, & dicta recénſes:

Fac tibi ſuccúrrant, iúuenis quæ féce-

ris ipſe.

Hoc dicit, Sic viue iúuenis, vt ſenex id iucundè recordêris. *Metz peine de ſi bien uiure en ieuneſſe, que la ſouuenance t'en ſoit plaiſante en uieilleſſe.*

Cum TV recenſes)refers, *quant tu racontes.*

Senex)in ſenectute, *en ta uieilleſſe.*

Facta & dicta)*les faictz & les dictz.*

Multorum)ſub. (hominum)*de pluſieurs gens.*

TV fac VT ea ſuccurrant tibi)veniant tibi in mẽtem, *fay que les choſes te uiennent en memoire.*

Quæ)*les quelles choſes.*

Ipſe)tuipſe, *toymeſmes.*

Feceris)feciſti, *as faict.*

Iuuenis)cum iuuenis eſſes, *quant tu eſtois ieune.*

¶Non eſt quod male ſuſpicêris de ſecreto aliorũ colloquio. *Tu n'as que faire de mal ſoupſonner, quant les aultres parlent en ſecret.*

Ne cures, ſiquis tácito ſermône loquâtur.

Cónſcius ipſe ſibi, de ſe putat ómnia dici.

Celuy qui ſcait en ſoy quelque cas, cuide touſiours qu'on parle de luy. Male enim ſibi cõſcius ſemper ſuſpicioſus eſt. *Car touſiours eſt ſoupſõneux, qui ſent mal en ſa conſcience.*

TV ne cures)noli curare, *ne te chaille.*

Síquis)ſi aliquis, *ſi aucun.*

Loquatur)*parle:* ſub. (cum alio)*auec ung aultre.*

Sermone tacito)ſecreto, *en ſecret: C'eſt a dire, ne penſe pas incontinent qu'il die mal de toy.*

HOMO cõſcius ipſe ſibi) *ung homme qui ſe ſent coupable de quelque cas.*

Putat omnia dici de ſe) *cuide que toutes choſes ſoient dictes de ſoy: c'eſt a dire, il luy eſt aduis que touſiours on parle de luy.*

¶ In ſecundis rebus, de aduerſis cógita. *En proſperite, penſe de l'aduerſite qui te peult aduenir.*

Cum fúeris fœlix, quæ ſunt aduérſa cauêto.

Non eodem curſu reſpóndent última primis.

Bona fortuna ſæpe in malam vertitur. *Bon heur ſe tourne ſouuent en malheur.*

Cum TV fueris) quando eris, *quant tu ſeras.*

Fœlix) fortunatus, *heureux.*

TV caueto) próuide, *preuoy & penſe de loing.*

EA quæ ſunt aduerſa) res aduerſas, *les aduerſitez:* ſub. (quæ tibi poſſunt accidere) *qui te peuuent aduenir.*

NAM vltima) rerum éxitus, *car la fin des choſes:*

Non reſpondent) non reſpondet, non conuenit: ſub. (ſemper) *ne reſemble pas touſiours.*

Primis) earum principio, *au cõmencement d'icelles.*

Eodem curſu) eodem fortunæ progreſſu, *en ung meſme cours de fortune.*

ADMONITIO.

Non eodem curſu) Non eo, ſpondeus eſt, per ſynæreſim: Sed hoc nihildum ad pueros pertinet.

Cum dúbia & frágilis ſit nobis vita tribûta:

In mortè altèrius ſpem tu tibi pònere noli.

Senſus eſt, Sperans in morte alterius, conſydera teipſum quoque mortalem eſſe.

Eſperant en la mort d'aultruy,
Eſtime toy mortel auſſi.

Cum)quoniam,*puiſque.*
Vita tributa ſit nobis)data eſt nobis, *la uie nous a eſte donnee*:ſub.(à natura)*de nature.*
Dubia)incerta,*douteuſe & incertaine.*
Et fragilis)caduca,*tranſitoire: C'eſt a dire, qui eſt bien toſt paſſee, qui ne dure gueres.*
Tu noli ponere tibi ſpem) ne ponas ſpem tuam, *ne metz point ton eſperance.*
In morte alterius) ſub. (hominis) *en la mort dung aultre*:ſub.(vt ab illo hæreditatem accipias)*C'eſt a ſcauoir, pour en auoir ſucceſſion.*

¶Non précio munus, ſed donãtis ánimo æſtimandum. *Pas ne fault eſtimer ung don ſelon ſa ualeur; mais ſelon l'affection de celuy qui le donne.*

Exíguum munus cum dat tibi pauper amîcus,
Accípito plácide:& plenè laudâre meménto.

Cum)quando,*quant.*
Amicus)ſub.(tuus)*ton amy.*
Pauper)*qui es poure.*
Dat tibi)donat tibi,*te donne.*
Munus)ſub.(aliquod)*aucun don.*

Exiguum)parui précij,*de petite valeur.*
TV accipito)accipe: ſub. (illud munus) *recoy iceluy don.*
Placidè)vultu ſereno, & hilariter,*de bon het, a bonne chere & ioyeuſement.*
Et memento laudare)ſub.(illud) *& te ſouuienne de le louer.*
Plene)copioſe,*amplement.*

ADMONITIO.

Accipito placide)Oſtendẽdo ſcilicet illud tibi gratum eſſe. *En monſtrant que tu l'as aggreable.*
¶Paupertâtem æquo ánimo ſúſtine. *Endure patiemment ta pourete.*

Infántem nudum cũ te natúra creârit:
Paupertâtis onus paciénter ferre meménto.

Nam & nudus natus es: & móriens nihil áuferes. *Car tu es uenu tout nud ſur terre, & ſi n'emporteras rien quant tu mourras.*
Cum natura)*ueu que nature.*
Crearit te)*t'a cree & mis en ce monde.*
Infantem nudum) ſine vllis opibus, *petit enfant tout nud: c'eſt a dire, ſans aucun bien.*
TV memẽto)fac memíneris, *fay qu'il te ſouuienne.*
Ferre)ſuſtinere,*porter, ſouſtenir, endurer.*
Patienter)æquo animo,*patiemment.*
Onus)moleſtiam,*la charge.*
Paupertatis)ſub.(tuæ)*de ta pourete.*
¶Mors non eſt formidãda.*Il ne fault point crain*

dre la mort.

Ne tímeas illam, quæ vitæ eſt vltima finis.

Qui mortem métuit, quod viuit, perdit idipſum.

Qui craint la mort, pert le plaiſir de la uie.

TV ne timeas) ne formides, *ne craint point.*

Illam, quæ eſt vltima finis vitæ) ſub. (huius) *celle qui eſt la derniere fin de ceſte uie*: id eſt mortem, *c'eſt a dire, la mort.*

NAM IS perdit idipſum, quod IPSE viuit) amittit ipſam viuendi voluptatem, *car celuy pert le plaiſir de uiure.*

Qui metuit mortem) *qui craint la mort.*

ADMONITIO.

Ne timeas illã, &c.) Fruſtra præcipitur nobis, ne mortem timeamus: quia naturaliter eam ſemper horremus. Sed Chriſtianus ſic admoneri poteſt, Si recte viues, mortem minus timebis. *Si tu uiz bien, tu en craindras moins la mort.*

Si tibi pro méritis nemo reſpóndet amîcus:

Incuſâre deum noli: ſed teipſe coërce.

Senſus, Si quos ingratos in te ſéntias: noli tamẽ deum incuſare. *Si tu cognois aucuns ingratz enuers toy, touteſſoys n'en blaſme pas dieu.*

Si nemo amicus) ſi nullus amicorum tuorum, *ſi nul de tes amys.*

Reſpõdet tibi) ſatiſfacit tibi, *te ſatiſfait, te cõtente.*

Pro meritis)pro tuis in ſe beneficijs, *pour les biens que tu luy as faictz.*

TV noli incuſare deum) ne tamen propterea deum criminêris, *touteſſoys n'en blaſme pas dieu pourtant.*

Sed ipſe coerce te) cóhibe tuam ipſius iracundiã, *refrains & moderè ton courroux & deſpit.*

¶Quæſitis vtere parcé.
Deſpens ton bien,
Par bon moyen.

Ne tibi quid deſit, quæſitis vtere parcé.
Vtque quod eſt ſerues, ſemper tibi deeſſe putâto.

TV vtere parcé)modice, *uſe par bon moyen:* id eſt, citra luxum, *ſans exces.*

Quæſitis)rebus partis, *de tes biens acquis.*

Nequid deſit tibi) *a fin que tu n'ayes faulte de rien.*

Vtque ſerues) & vt conſerues, *& a fin que tu gardes.*

ID quod eſt)ſub. (tibi) hoc eſt, quod habes, *ce que tu as.*

TV putato ſemper ILLVD deeſſe tibi) ſemper exiſtima te carere etiam eo quod habes, *imagine touſiours n'auoir point cela meſme que tu as.* Non tamen vt incidas in auaritiam:ſed vt frugalitatem retineas. N*on pas touteſſoys pour deuenir auaricieulx, mais pour garder frugalite:* C'*ſt a dire, pour eſpargner honneſtement.*

¶Iactantiæ eſt, ſæpius idem promittere. Ce *n'eſt que uanterie, de promettre pluſieurs foys une*

meſme choſe.

Quod præſtâre potes, ne bis promíſeris vlli:

Ne ſis ventôſus, dum vis vrbânns habéri.

Ne promiſeris) caue promittas, *garde toy de promettre.*

Vlli) alicui: ſub. (homini) *a aucun.*

Bis) ſæpius, *plusieurs fois.*

ID quod TV potes præſtare, prompte efficere, *ce que tu peuz promptement accomplir.*

Ne TV ſis) vt non habearis, *a fin que tu ne ſois reputé.*

Ventoſus) iactator, *uanteur.*

Dum vis) dum cupis, *quant tu appettes.*

Haberi) exiſtimari, *eſtre reputé.*

Vrbanus) *courtois, gracieux, & honneſte.*

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amîcus:

Tu quoque fac ſimile: ſic ars delúditur arte.

Qui) pro (ſiquis) *ſi aucun.*

Simulat verbis) ſub. (amorem erga te) *de paroles fait ſemblant de t'aymer.*

Nec) pro & non.

ET ILLE non eſt) *& il n'eſt point.*

Amicus fidus) id eſt verus, *uray amy.*

Corde) ex animo, *de cueur & d'affection.*

Tu quoque)tu etiam.

Fac ſimile)rem ſimilem:ſub.(ei) *fay auſſi choſe ſemblable*: Hoc eſt, Tu quoque ſimula: *c'eſt a dire, fay ſemblant d'aymer comme luy.*

Sic)ita, *par ainſi.*

Ars)tecta malitia , *fineſſe : c'eſt a dire, malice couuerte.*

Deluditur) *eſt fruſtree.*

Arte)(ſub.alia) *par aultre fineſſe.*

ADMONITIO.

Tu quoque fac ſimile.)Hoc præceptum abhorret à Chriſtiana charitate : qua præcipitur, vt malum pro malo non reddamus: ſed contrà bonũ pro malo: útque omnes homines verè, & ex animo diligamus.

¶Semper ſuſpecta eſt blandiloquentia. *En papelardiſe n'y a point de fiance.*

Noli homines blãdo nímium ſermône probâre.

Fíſtula dulce canit vólucrem dum décipit auceps.

Noli probare)caue æſtimare vel approbare, *garde toy de priſer ou approuuer.*

Homines nimium blando ſermone) nimis blande loquentes, *gens qui ſont trop doulx & gracieux en langage: c'eſt a dire, papelars.*

Fiſtula) *le pipet, ou le ſifflet.*

Canit) *chante.*

Dulce)dulciter, *doulcement.*

Dum auceps) *ce pendant que le uoleur ou l'oyſeleur.*

Decipit)*decoit & abuſe.*
Volucrem)auem,*l'oyſeau.*

¶Certius eſt filios bonis ártibus, quàm ópibus, ditare. *Il eſt plus ſeur d'enrichir ſes enfans de bons meſtiers & moyens de uiure, que de grans richeſſes.*

Cum tibi ſunt nati,nec opes: tunc ártibus illos
Inſtrue: quò poſſint ínopem defendere vitam.

Cum nati ſunt tibi) id eſt, cum tu habes liberos, *quant tu as des enfans.*
Nec opes)ſub.(ſunt tibi)*& ſi tu n'as de grans biens pour les eſleuer.*
Tunc)*alors.*
Inſtrue illos)natos tuos ſcilicet,*inſtruys les.*
Artibus)*en quelques bons meſtiers.*
Quò)pro vt,*a fin que.*
ILLI poſſint)*qu'ilz puiſſent.*
Defendere vitam inopem) tueri vitam ab inopia & egeſtate, *engarder leur uie de tomber en indigence & ſouffrette.*

¶Foro pare. *Gouuerne toy ſelon le cours du marche.*)Hoc eſt,ſi res vilis fuerit,nec tamen abutâris: ſin cara, nihilominus vſum cape neceſſarium.*Si la choſe eſt a bon marche,touteſſoys ne la gaſte pas: ſi elle eſt chere, neantmoins prens en ce qu'il t'en fault.*

Quod vile eſt,cárum:quod carum eſt, vile putâto.

Sic tibi nec cúpidus, nec auârus nóſceris vlli.

TV putato)exiſtima,*eſtime.*

ILLVD ESSE carum)*cela eſtre cher.*

Quod eſt vile) quod paruo conſtat precio, *qui eſt de petit pris*:Ne ſcilicet abutaris eo propter vilitatem:*C'eſt a ſcauoir, a fin que tu n'en abuſes point a cauſe du bon marche.*

ET PVTATO inquam, ILLVD ESSE vile) parui precij, *& reputè que cela ſoit de petite ualeur.*

Quod eſt carum)*qui eſt cher*: Ita vt propter precij magnitudinem carere nolis cum opus erit. *Tellement que pour la charte tu ne laiſſe pas a en uouloir auoir quant il en ſera beſoing.*

Sic)ita viuendo, *en ce faiſant*: *C'eſt a dire, en uiuant ainſi.*

TV nec nóſceris tibi)tuo iudicio.

Cupidus)auidus explendæ tuæ libidinis.

Nec NOSCERIS vlli)alicui:ſub.(homini)

Auarus) tenax. *Par ainſi tu n'appercois point en toy que tu ſois trop affecté de ſatiſfaire a ton plaiſir: & auec ce nully iugè que tu ſois auaricieux, ou taquin.* Quaſi dicat, ita non videris tibi ſeruire tuæ libidini, quia non abuteris rebus etiam viliſſimis: & nemo ſordidum aut tenacem te iudicat, quaſi propter precium non audeas bonorum tuorum vſum moderatum capere.

ADMONITIO.

Quod vile eſt, carum,&c.) Exempli gratia, Quo tempore vinum paruo conſtabit, vir prudens

non ideo plus bibet, quàm ante vilitatem. Contrà, cum fuerit cariſſimum, non tamen ſe ita reſtringet, vt minus bibat, quàm conſueuerit. Ita in cæteris eam tenebit mediocritatem, vt ſiue pluris res conſtet, ſiue minoris, ſemper tamen eodem tenore vitæ vtatur: nec plus, minúſve accipiat, quàm oporteat, habita videlicet dignitatis, & facultatum ſuarum ratione.

¶Ea ne ipſe féceris, quæ reprehendes. *Garde toy de faire toymeſmes ce que tu blaſmeras.*

Quæ culpâre ſoles, ea tu ne féceris ipſe.
Turpe eſt doctóri cum culpa redarguit ipſum.

C'eſt choſe deſhonneſte a celuy qui remonſtre, quant ſa propre faulte le condamne luymeſmes.

Tu ipſe ne feceris) ne facias, *ne fay point toymeſmes.*

Ea) eas res, *les choſes.*

Quæ) quas, *leſquelles.*

TV ſoles) *tu as de couſtume.*

Culpare) vituperare, aut reprehendere, *blaſmer ou reprendre.*

NAM ILLVD eſt turpe) res turpis, *car ceſt choſe vilaine & deſhonneſte.*

Doctori) ei qui docet alios, *a celuy qui enſeigne les aultres, ou qui leur monſtre.*

Cum cúlpa) ſub. ¶ipſius)

Redarguit ipſum) id eſt, quando ſua ipſius culpa eum confûtat, *quant ſa propre faulte le confute & condamne luymeſmes.*

¶Nihil iniuſtum petito. Ne *demande rien qui ne*

ſoit iuſte & raiſonnable.

Quod iuſtum eſt, pétito: vel quod videâtur honeſtum.

Nam ſtultum eſt pétere id, quod poſſit iure negári.

C'eſt folie de demander ce qui peult eſtre refuſé a bonne cauſe.

TV petito) póſtula, *demande.*

ID quod eſt iuſtum) *ce qui eſt iuſte & raiſonnable.*

Vel quod) ſiue id quod.

Videatur) ſub. (eſſe) *ou ce qui ſemble eſtre.*

Honeſtum) *honneſte.*

Nam ſtultum eſt) hoc enim eſt ſtultitia: ſub. (quépiam) *car c'eſt folie a une perſonne.*

Petere) poſtulare illud, *de demander cela.*

Quod poſſit) *qui puiſſe.*

Negari) denegari: ſub. (ei) *luy eſtre refuſé.*

Iure) merito, *iuſtement & a bonne cauſe.*

¶ Nota ignótis, ſtultum eſt commutare. *C'eſt folie de changer ce qu'on cognoiſt, a cela qu'on ne cognoiſt point.*

Ignôtum tibi, tu noli præpónere notis.

Cógnita iudício cõſtãt, incógnita caſu.

TV noli præponere) caue præferas, *garde toy de preferer.*

Notis) rebus tibi cógnitis, *aux choſes qui te ſont cogneues.*

Ignotum tibi) rem tibi incognitam, *la choſe que tu ne cognois.*

NAM cognita)res notæ,*car les choſes cogneues:*
Cōſtant iudicio)conſiſtūt in iudicio rationis,*ſont fondees en iugemēt de raiſon:* Hoc eſt, de illis poſſumus certò iudicâre,*nous en pouōs iuger certainemēt*
Incognita) res verò ignotæ, *mais les choſes incogneues:* ſub.(conſtant)*ſont fondees.*
Caſu)euentu,*en aduenture:* C'*eſt a dire,on ne ſcait cōment on ſ'en trouuera.* On *ne ſcait ſi on ſ'en trouuera bien ou mal.*

Cum dúbia incértis verſêtur vita periclis:
Pro lucro tibi pone diem, quicunque labóras.

Hoc dicit, Omnem diem tibi eſſe ſuprêmū cogita:ne cráſtinæ vitæ nimium confidas. *Penſe que toute iournee te ſoit la derniere, a fin que tu ne te fies point trop a uiure demain.* Nam mille periculis obnoxia eſt vita noſtra. *Car noſtre uie eſt ſubiecte a mille dangiers.*

Cum)quoniam,*ueu que.*
Vita)ſub.(noſtra)*noſtre uie.*
Dubia)incerta,*douteuſe & incertaine.*
Verſetur) iactatur, agitatur,*eſt tempeſtee, demenee, tourmentee.*
Periclis)pro(periculis) id eſt,caſibus periculoſis, *de cas dangereux.*
Incertis)de quibus incerti ſumus, *des quelz ne ſommes pas aſſeurez.*
Quicunque laboras) tu quiſquis ſollicitus es de huius vitæ incommodis,*toy quiconques es en ſoul-*

cy des inconueniens de ceſte uie.
Pone tibi)id eſt deputa.
Pro lucro)loco lucri.
Diem)vnũquenque diem tibi adiectũ: *compte cõme pour gaing ung chaſcũ iour de uie qui t'eſt adiouſte:* Nempe quòd eo die periculũ mortis euaſeris. *Pource que celuy iour tu as eſchappe le dangier de mort.* Quaſi dicat, quotidie veſperi dicere potes, Hunc diem lucrifeci: quia mortem euaſi.

¶De tuo iure potius concedendũ, quàm offendas quempiam. *Tu dois quicter de ton droict, plus toſt que d'offenſer aucun.*

Víncere cũ poſſis, intérdũ cede ſodáli.
Obſéquio quóniam dulces retinéntur amíci.

Amíci obſéquio retinentur. *On entretient amys en endurant de leurs conditions.*
TV cede ſodali)obtẽpera familiari tuo, *obtemperè a ton compagnon ou amy:* C'*eſt a dire, endure de luy.*
Interdum)quandoque, *aucuneſſoys.*
Cum poſſis)quanuis queas, *combien que tu puiſſes.*
Vincere)ſuperare: ſub. eum) *auoir le deſus de luy.*
Quoniam)nanque, *car.*
Amici) *les amys.*
Dulces)cũ quibus dulciter & iucunde verſamur, *auec les quelz nous hãtons doulcemẽt & plaiſammẽt.*
Retinentur)conſeruantur in amore, *ſont entretenuz en amour.*
Obſequio) illis obſequendo, *en leur complaiſant:* C'*eſt a dire, en faiſant a leur gre: en endurant de*

leurs conditions.

Ne dúbites,cum magna petas, impéndere parua.

His étenim rebus coniungit grátia charos.

Senſus eſt, Nihil verearis donare quæuis munuſcula:quanuis ad magna petenda accédas. N'*ayes point honte de donner quelques petits preſentz que ce ſoient : combien que tu uiennes a demander grandes choſes.*

TV ne dubites)ne verearis, *ne doute point, n'ayes point de honte.*

Impendere parua)donare res paruas, *donner petites choſes.*

Cum TV petas) quanuis póſtules, *combien que tu demandes.*

Magna)res magnas,*grandes choſes.*

Etenim gratia)nanque beneuolentia,*car amour.*

Coniungit charos)deuincit amicos, *allie enſemble les amys.*

His rebus)ſub. (ímpendendis) id eſt,dando eiuſmodi res paruas,*en donnant telles petites choſes.*

¶Cum amico per iracundiam ne rixêris.*Ne riote point par courroux auec ton amy.*

Litem inferre caue,cum quo tibi grátia iuncta eſt.

Ira ódium génerat: concórdia nutrit amôrem.

Courroux engẽdre haine:mais uniõ nourriſt amour.

TV caue inferre)immittere,*garde toy de mettre.*
Litem)*noiſe ou debat*:ſub.(ei)*a celuy.*
Cum quo)*auec lequel.*
Gratia)amor & beneuolentia,*amour.*
Iuncta eſt)coniuncta eſt,*eſt unie.*
Tibi)*a toy*:Hoc eſt,cum quo tibi eſt coniunctio, *auec lequel tu as alliance.*
NAM ira)iracundia,*car le courroux.*
Generat)generare ſolet,*engendre communément.*
Odium)*haine.*
Cõcordia)cõſenſio autem,*mais union & bõne paix.*
Nutrit)alit & fouet,*nourriſt & entretient.*
Amorem)beneuolentiam,*amour.*

¶Ad puniendum ne irâtus accêdas. *Ne te metz point a punir quant tu es courroucé.*

Seruôrum ob culpam, cum te dolor
vrget in iram:
Ipſe tibi moderâre : tuis vt pârcere
poſſis.

Cum)quando,*quant.*
Dolor)ſub.(aliquis)*quelque douleur ou deſplaiſance.*
Vrget te)te impellit,*te poulſe, & incite fort.*
In iram)in iracundiam,*a courroux & deſpit.*
Ob culpam)propter culpam,*pour la faulte.*
Seruorum)ſub.(tuorum)*de tes ſeruans ou ſubiectz.*
Ipſe moderare tibi)teipſum tempera,*toymeſmes a-modere toy*:C'*eſt a dire, appaiſe ton courroux.*
Vt poſſis)*a fin que tu puiſſes.*
Parcere)ignoſcere,*pardonner.*
Tuis) *aux tiens*: C'*eſt a dire, a ceulx qui ſont tes ſer-*

uans ou ſubiectz.

¶Præſtat patiéntia vincere, quàm violéntia.

Il vault trop mieulx par pacience
Surmonter, que par uiolence.

Quem ſuperâre potes, intérdum vince feréndo.

Máxima enim morum ſemper patiéntia virtus.

Il n'eſt uertu plus grand' que pacience.

TV vince) *gaigne, ſurmonte.*

Interdum) quandoque, *aucuneſſoys.*

Ferendo) tolerãdo, *en endurant*: ſub. (eum) *celuy la.*

Quem TV potes) *lequel tu peuz.*

Superare) vincere: ſub. (potentia) *gaigner par puiſſance.*

Patientia enim) *car pacience.*

EST ſemper) *eſt touſiours.*

Virtus maxima) præſtantiſſima, *la plus excellente uertu.*

Morũ) virtûtum: ſub. (omniũ) *de toutes les uertus.*

Conſérua pótius, quæ ſunt iam parta labôre.

Cum labor in damno eſt: creſcit mortâlis egeſtas.

Senſus, Multo facilius & melius eſt iam quæſita conſeruare: quàm, vbi profuderis, in eis inſtaurandis laborare. *C'eſt beaucoup le plus facile & le meilleur, de contregarder les biens qui ſont deſia acquis: que de trauailler a les reparer,*

apres qu'on les a bien gaſpillé.

Cum enim laborandum eſt ad damnum ſarciendum, tum egeſtas ipſa eſt grauior, atque ærumnoſior. *Car quant il fault trauailler pour reparer & recouurer la perte, alors la pourete de l'homme eſt plus griefue a porter, & plus laborieuſe.*

TV conſerua) *contregarde*: ſub. (ea) *les choſes.*

Quæ ſunt iam parta) iam quæſita, *qui ſont deſia acquiſes & gaignees.*

Potius) ſub. (quàm vt ea profundas, déinde labores in eis inſtaurandis) *plus toſt que de les deſpẽdre folement, & puis prendre groſſe peine a les reparer.*

Cum ENIM labor NOSTER eſt in damno) id eſt, quando laboramus in damno ſarciendo, *Car quant nous tirons peine a nous releuer de perte & dommage.*

TVM egeſtas mortalis) noſtra inopia, *alors noſtre pourete.*

Creſcit) augetur, ingraueſcit, *ſe croiſt & engrege: C'eſt a dire, elle nous griefue & poiſe plus a endurer.* Tunc enim valde moleſtum eſt, nos tantopere ſudare, & nihilo fieri auctiores, dum res afflictas releuare nitimur.

ADMONITIO.

Mortalis egeſtas.) Hoc eſt, ferè communis mortalibus, ſeu hominibus, *laquelle eſt commune aux hommes: C'eſt a dire, a laquelle ilz ſont communément ſubiectz.*

Dápſilis intérdum nótis: & charus amícis.

Cum fueris fœlix: ſemper tibi proximus eſto.

Senſus eſt, In amicos ne ſis tã liberâlis, vt ipſe redigaris ad inopiã. *Ne ſois point ſi liberal enuers tes amys, que toymeſmes en uiennes a pourete.*

Cum TV fœlix) viuens in fortuna proſpera, *quant toy uiuant en proſperite.*

Fueris) pro(*eris) *ſeras.*

Interdum) quandoque, *par foys.*

Dapſilis) liberalis, *franc & liberal a faire bonne chere.*

Notis) familiaribus tuis, *a tes familiers: C'eſt a dire, a gens priuez auec toy.*

Et charus amicis) *& charitable a tes amys.*

TAMEN eſto) *touteſſoys fay que tu ſois.*

Semper proximus) *touſiours treſprochain amy.*

Tibi) id eſt tibiipſi, *a toymeſmes:* Hoc eſt, ſemper tamen fac ſis in te liberaliſſimus. *Touteſſoys fay touſiours le plus de bien a toymeſmes: C'eſt a dire, ne donne pas tant a tes amys que tu n'engardes pour toy.*

ADMONITIO.

Semper tibi proximus eſto.) Hoc eſt, tibi imprimis cónſule. *Penſe de toy plus que des aultres.*

Sed contra hoc præceptum, eſt illud diui Pauli, Charitas non quærit quæ ſua ſunt. *Celuy qui a charite: (C'eſt a dire, uraye amour ſelon dieu) ne cerche pas ſon proufit particulier.*

Diſtichorum de
MORIBVS LIB. II.

EPITOME.

Poétæ ália, atque ália docent: hic vero libellus bene viuēdi ratiônem cóntinet. *Les poetes enſeignent unes choſes & aultres: mais ce petit liure icy contient la maniere de bien ce gouuerner.*

TEllùris ſi forte velis cognóſcere cultus,
Virgílium légito. quòd ſi mage noſſe labóras
Herbârum vires: Macer tibi cármine dicet.

Si forte TV velis cognoſcere) id eſt ſcire, *ſi d'auenture tu ueulx ſcauoir.*
Cultus telluris) agricultûram, *le labourage.*
TV legito) fac vt legas, *fay que tu liſes.*
Virgilium) ſub. (in Georgicis) *Virgile en ſes Georgiques.*
Quòd ſi mage laboras) ſi vero magís curas, *mais ſi tu es plus ſoigneux.*
Noſſe) cognoſcere, *de cognoiſtre.*
Vires) poteſtates, *les uertus.*
Herbarum) *des herbes.*
Macer) ille poeta, *le poete qui eſt appelé Macer.*
Dicet tibi) te docebit: ſub (eas) *te les dira. te les*

enſeignera.

Carmine)ſub. (ſuo) *en ſon liure eſcript par uers* : id eſt,illic ea inuenies:*C'eſt a dire, Tu les trouueras en ce liure la.*

Si Româna cupis , & ciuica nóſcere bella:

Lucânũ quæras,qui Martis prǽlia dicet.

Si cupis)ſi tu ſtudes, *ſi tu appetes,ſi tu deſyres.*

Noſcere)ſcire,*ſcauoir & cognoiſtre.*

Bella Romana & ciuica) ciuilia Romanorũ bella,*les guerres ciuiles qui furent entre les Rommains.*

T V quæras)pro(quære)*cerche.*

Lucanum) illum poetam , *le poete nomme Lucain:* ſub.(vt eum legas)*pour le lire.*

Qui) Lucanus ſcilicet,*lequel.*

Dicet)exponet:ſub.(tibi)*te racontera.*

Prælia)pugnas,*les aſſaulx,les alarmes,les combatz.*

Martis)id eſt belli,*de la guerre.*

Siquid amâre libet, vel díſcere amâre legéndo:

Naſônem pétito. ſinautem cura tibi hæc eſt,

Vt ſápiens viuas: audi, quò díſcere poſſis,

Per quæ ſemôtũ vítiis tradúcitur æuũ.

Ergo ades:& quæ ſit ſapiéntia,diſce legéndo.

Siquid amare libet)ſub. (tibi)id eſt,ſi te delectat

aliquo modo amori operam dare, *ſ'il te uient a plaiſir d'eſtre aucunement amoureux.*

Vel)pro(id eſt)*c'eſt a dire.*

Diſcere amare)*apprendre a aymer.*

Legendo)ſub.(aliquid de amore) *en liſant quelque choſe d'amour.*

TV petito)id eſt,adi.

Naſonem)Ouidium, *uaten a Ouide:* ſub.(de Arte amandi)

Sinautem hæc cura eſt tibi, vt TV viuas ſapiens) ſi vero curas recte & ſapienter viuere, *mais ſi tu as le ſoing de uiure bien & ſagement:c'eſt a dire, ſi tu te ueulx bien gouuerner.*

Audi)præbe mihi aures attentas, *eſcoute moy diligemment.*

Quò)pro(vt)*a fin que.*

TV poſſis)*tu puiſſes.*

Diſcere)*apprendre:*ſub.(ea)*les choſes.*

Per quæ)*par le moyen deſquelles.*

Aeuum)ætas,ſeu vita hominis,*la uie de l'homme.*

Traducitur)traduci ſolet,*eſt communement paſſee.*

Semotum vitijs)remota à peccatis, *reculee & eſlongnee des uices:c'eſt a dire,ſans aucuns pechez.*

Ergo)igitur SI VIS DISCERE, *doncques ſi tu ueulx apprendre.*

Ades)attende legendis his præceptis, *entens a lire ces preſens enſeignemens.*

Et diſce legendo)ſub.(ea)*& apprens en les liſant.*

Quæ ſit ſapientia) qualis ſit de moribus ſcientia: id eſt, quid ſit ars recte viuendi: *que c'eſt que la maniere de ſe bien gouuerner.*

¶De omnibus, ſi fieri poteſt, bene merendum.

s'il eſt poſſible, on doit bien faire a tous.

Si potes ignótis, etiã prodeſſe memẽto.
Vtílius regno eſt, méritis acquírere amícos.

Amicos præſtat, quàm regnũ parare. *Mieulx vault acquerir amys, que royaulme, ou aultre ſeigneurie.*

Memento) fac memineris, *fay qu'il te ſouuienne, ſois aduerty.*

Prodeſſe) benefacere, *proufiter, faire bien & plaiſir.*

Etiam ignotis) ſub. hominibus) hoc eſt, Non ſolum tibi notis, ſed etiam ignotis: id eſt alienis, *non ſeulement a ceulx qui te ſont cogneuz: c'eſt a dire, a tes amys: mais auſſi a ceulx qui ne te ſont rien.*

Si TV potes) ſub. id facere) *ſi tu le peuz faire, ſi tu as la puiſſance.*

NAM acquirere) id eſt parare, *car acquerir.*

Amicos) *des amys.*

Meritis) beneficijs, *par bienſfaiƈtz.*

Eſt vtilius) id eſt præſtat, *vault mieulx.*

Regno) quàm regnum: ſub. parare) *que d'acquerir ung royaulme.*

Arcâna rerum naturalium ne ſcrutêris. *Ne quiers point a ſcauoir curieuſement les ſecretz des choſes naturelles.*

Mitte arcâna dei, cælúmque inquírere quid ſit.
Cum ſis mortâlis, quæ ſunt mortália cura.

Mitte inquirere) omitte ſcrutari, ne ſcrutêris, *ne*

cerche point curieuſement.

Arcana dei)ſecreta diuina, *les ſecretz de dieu.*

Que)pro &.

Quid ſit cælum) quid ſint cæleſtia arcana, *que c'eſt des ſecretz du ciel.*

Cum ſis mortalis) quoniã tu es morti obnoxius, *puiſque tu es mortel:*c'*eſt a dire, ſubiect a mort.*

TV cura EA quæ ſunt mortalia) quæ ad vitam humanam pertinent, *meſle toy de ſcauoir les choſes humaines :* C'*eſt a dire, ne te ſoucie que d'apprendre a bien te gouuerner.*

Linque metum leti . nam ſtultum eſt, tempore in omni,

Dum mortem métuis, amíttere gáudia vitæ.

TV linque)pro relinque: id eſt omitte, *delaiſſe.*

Metum leti)id eſt timorem mortis, *la crainte de la mort.*

Nam ſtultum eſt)etenim ſtultitia eſt, *car c'eſt folie.*

Amittere)*perdre.*

Gaudia)voluptates, *les ioyes, les plaiſirs, les ſoulas.*

Vitæ)ſub. huius)*de ceſte uie:* Hoc eſt, priuari hui⁹ vitæ iucũditate, *eſtre priué de la plaiſance de ceſte uie.*

Dum TV metuis) id eſt metuendo, *en craignant.*

Mortem)*la mort.*

In omni tempore)ſemper, *en tout temps:* C'*eſt a dire, touſiours, ſans ceſſe.*

¶In ira ne conténderis . N*e debas point en courroux:* C'*eſt a dire, quant tu es marry.*

Irâtus de re incérta contêndere noli.

Impedit ira ánimum, ne poſſit cérnere verum.

Ira væhementer obſtat ánimi iudicio. *Courroux empeſche fort le iugement de raiſon.*

TV noli iratus cōtēdere) diſceptare: *quát tu es courrouce, garde toy de debatre, diſputer, prendre queſtiō.*

De re incerta) de re dubia, *d'une choſe incertaine & doubteuſe:* C'*eſt a dire, qui eſt en doubte.*

Ira ENIM) *car le courroux.*

Impedit animum) impedimento eſt rationi, *empeſche la raiſon & l'entendement.*

Ne poſſit) vt nequeat, *qu'il ne puiſſe.*

Cernere) diſcernere, *diſcerner & cognoiſtre.*

Verum) rei veritatem, *la uerite de la choſe.*

¶ Sumptum, vbi opus erit, prompte facito. *Deſpens promptement, quant il en ſera beſoing.*

Fac ſumptum própere: cum res deſyderat ipſa.
Dandum etenim eſt áliquid: cum tempus póſtulat, aut res.

Hoc eſt, Pro re, aut tēpore aliquid inſumēdum. *Il fault deſpēdre, ſi le cas, ou l'occaſion le requiert.*

Fac ſumptum) inſûme, *fay deſpence.*

Própere) expedite, *prōptement:* C'*eſt a dire, ſans faire trayner:* id eſt, non grauatim. *non pas a regret.*

Cum) quando, *quant.*

Res ipſa) *le cas, la choſe, la matiere.*

Deſyderat) requîrit: ſub. (illud) *le requiert.*

Etenim) nanque, *car.*

Aliquid eſt dandum) largiendum, *il fault donner quelque choſe.*
Cum)quando,*quant.*
Tempus)occaſio,*l'occaſion.*
Aut res)id eſt,cauſa,*ou le cas.*
Poſtulat)poſcit:ſub.(illud)*le requiert.*
❡Médio tutíſſimus ibis.)Hoc eſt,mediocri for tuna cõtentus, tútius viues, quàm altiora petendo. *Tu iras plus ſeurement par le millieu:c'eſt a dire, Tu uiuras plus ſeurement en te paſſant a moyen eſtat,que de uouloir monter trop hault.*

Quod nímium eſt, fúgito: paruo gaudêre meménto.
Tuta mage eſt puppis,módico quæ flúmine fertur.

TV fugito)fuge,caue:ſub.(id)*fuy cela.*
Quod eſt nimiũ)nimis altum,*qui eſt trop hault:* vt ſunt ampliores diuitiæ,aut honores, *comme ſont trop grandes richeſſes,ou trop grands honneurs.*
ET memento)fac memineris, *fay qu'il te ſouuiéne.*
Gaudere) cum gaudio contentus eſſe, *de te contenter,& te paſſer ioyeuſement.*
Paruo)re parua, quæ ſcilicet tibi ſufficiat, *de petit bien qui te ſuffiſe.*
NAM puppis)ea nauis,*car la nauire.*
Quæ)nauis ſcilicet,*laquelle.*
Fertur)*eſt menee,eſt portee.*
Modico flumine)in breui aqua,*en petite eaue.*
Eſt mage tuta)tutior, *eſt plus ſeure*: ſub. (quàm ea quæ in alto eſt)*que celle qui eſt en haulte mer.*

¶Rei pudendæ neminem cónſcium féceris, *De choſe honteuſe ne te deſcouure a perſonne.*

Quod púdeat, ſócios prudens celare memento.

Ne plures culpent id, quod tibi díſplicet vni.

Memento)*te ſouuienne:* C'*eſt a dire, ſois aduerty.*
Celare prudens)prudenter.
Socios)ſub.(tuos) *celer cautemẽt a tes compaignons:* Hoc eſt, prudenter cauere ne vlli ſint tibi ſocij, participes, conſcij:ſub.(in eo)
Quod pudeat)ſub.(te), id eſt, cuius te pudeat, *te guetter cautemẽt, que perſonne ne ſache ta honte:* C'*eſt a dire, ton faict honteux & deſhonneſte.*
Ne plures)ne multi:ſub.(homines)
Culpent)reprehendant & vituperent, *de peur que plusieurs ne blaſment.*
Id quod diſplicet tibi vni.) tibi ſoli, *ce qui te deſplaiſt a toy ſeul:* C'*eſt a dire, de quoy tout ſeul tu porter la honte, quant il n'y a que toy qui le ſache.*

¶Longa dies peccatis impunitâtem nõ affert. *Le long temps ne fait pas que les pechez demourent impuniz.*

Nolo putes, prauos hómines peccâta lucrári.

Tempóribus peccâta latent: & témpore parent.

Nihil tam occultum, quod aliquando non de-

tegatur.Il n'eſt mal ſi ſecret, qui ne ſoit reuelé a quelque fin.

Nolo)*ie ne ueulx pas*:ſub.(vt)

Putes)exiſtimes,*que tu cuides*: hoc eſt,noli putare, *ne penſe pas.*

Homines prauos)malos.

Lucrari peccata)ſub.(ſua) *que les mauluaiſes gens gaignent leurs pechez*:Hoc eſt,euadere pœnas ſuorum ſcelerum : quia ſcilicet ea diutius celauerint,*qu'ilz eſchappent de la punition de leurs pechez, pour les auoir long temps celez.*

NAM peccata) ſub.(hominum) *car les pechez des hommes.*

Latent)ſunt occulta,*ſont cachez.*

Temporibus)ſub.(aliquibus)id eſt,ad quoddam tempus,*pour aucun temps.*

Et)ſub.(ea)*& iceulx.*

Parent)apparent,*ſe monſtrent.*

IN tempore)ſub.(alio)*en aultre temps*:id eſt,poſtea manifeſtantur,*ſont puis apres reuelez.*

¶Paruitate corporis, nemo contēnendus. *Pour la petiteſſe du corps,ne fault deſpriſer aucun.*

Córporis exígui vires cõtémnere noli.
Conſilio pollet, cui vim natûra negâuit.

Sæpius in paruo corpore magna latent. *En petit corps ſouuent y a grandes uertus.*

Noli contemnere)ne contemnas,*ne deſpriſe point.*

Vires)robur,*la force.*

Corporis exigui) hominis puſillo corpore,*d'ung*

homme de petite corpulence.

ILLE ENIM pollet)pollêre ſolet:id eſt valere.

Conſilio) prudentia,*car celuy la eſt uolontiers excellent en prudence.*

Cui natura)*auquel nature.*

Negauit)denegauit:id eſt,nõ dedit,*n'a pas donne.*

Vim)robur corporis,*force corporelle.*

¶Potẽtiori ad tẽpus cedendum. *Pour aucũ temps fault quicter la uictoire a celuy qui eſt le plus fort.*

Quem ſcíeris non eſſe parem tibi,témpore cede.

Victôrem à victo ſuperári ſæpe vidêmus.

Vincitur à victo,qui modò victor erat.

TV cede)concede victoriam, *quicte la uictoire.*

Tempore)ad tempus, *pour aucun temps*: ſub.(ei) *a celuy.*

Quem ſcieris) quem tu cognoſces, *que tu cognoiſtras.*

Non eſſe parem tibi)nõ eſſe tibi æqualem, *n'eſtre pas ton pareil*:id eſt,eſſe te potentiorem,*eſtre plus puiſſant que toy.*

Videmus ENIM ſæpe)*car nous uoyons ſouuent.*

Victorem) eum qui fuerat ſuperior, *celuy qui auoit eu le deſſus.*

Superari)vinci,*eſtre gaigne,eſtre ſurmõte*:ſub.(poſtea)*puis apres.*

A victo)ab inferiore:id eſt,ab eo qui victus erat, *de celuy qui eſtoit uaincu.*

¶Cum familiaribus non eſt rixandum. *On ne doibt point rioter auec ſes amys.*

Aduérſus notũ noli contendere verbis.
Lis minimis verbis intérdum máxima creſcit.

De petites paroles, il uient ſouuent grand noiſe. Petites paroles montent ſouuent a grand debat.

Noli contendere verbis)ne rixeris, *ne riote point: c'eſt a dire, ne prens point de queſtion.*

Aduerſus notum)contra familiarem tuum, *contre ton amy.*

NAM lis maxima)ſumma diſcordia, *car treſgrand noiſe & diſcord.*

Creſcit)inſurgit, *ſe croiſt & eſleue: c'eſt a dire, monte bien hault.*

Interdum)quandoque, *aucuneſfoys.*

EX verbis minimis)*de bien petites paroles.*

¶Nullo diuinatiônis génere inquiras, quid te futurum ſit. *Ne t'enquiers point par aucun deuinement, que c'eſt que tu doibs deuenir.*

Quid deus intendat, noli perquírere ſorte.
Quid ſtatuat de te, ſine te delíberat ipſe.

Noli perquirere)ne inquiras, *garde toy d'enquerir.*

Sorte)aliqua diuinatiône, *par aucun deuinement.*

Quid)quam rem.

Deus intendat)propônat:ſub. (te facere) *que c'eſt que dieu propoſe faire de toy.*

Ipſe ENIM delíberat)cónſulit,*car il delibere.*
Sine te)ſine tuo conſilio, *ſans toy:*c'*eſt a dire, ſans t'appeler a conſeil.*
Quid IPSE ſtatuat de te) id eſt,de te decernat, *que c'eſt qu'il ordonne de toy.*

¶Nimio cultu vitæ,hominum inuidia comparatur. *Pour faire trop de bragues, ou de pompes, on ſe met en la haine du monde.*

Inuídiã nímio cultu vitâre meménto:
Quæ ſi non lædit:tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.

Memento)*ſois aduerty.*
Vitare)cauere,*fuyr,euiter.*
Inuidiã)odium:ſub.(hominũ) *la haine du monde.*
Nimio cultu)nimio ornatu, pompa & apparatu, *en leuant & entretenant trop grand eſtat,en faiſant trop de bragues & de pompes.*
Quæ)inuidia ſcilicet,*laquelle haine.*
Si non lædit)ſub. (te)id eſt,tametſi non nocet tibi,*combien que ne te face aucun dommage.*
Tamen)*toutesſoys.*
Moleſtum eſt)res eſt moleſta,c'*eſt une choſe faſcheuſe & ennuyeuſe.*
Sufferre)ſuſtinere, *endurer.*
Hanc)pro(eam)ſcilicet inuidiam,*icelle haine.*

¶Inique damnatus,ne abijcias ánimũ. *Si tu es condamne a tort,toutesſoys ne te deſcourage pas.*

Eſto ánimo forti: cum ſis damnâtus inique.

Nemo diu gaudet, qui iúdice vincit iníquo.

Eſto animo forti)tu fac vt habeas bonũ animum, *fay que tu ayes bon courage.*

Cum ſis damnatus) quanuis tu ſis condemnatus, *combien que tu ſois condamne.*

Inique) iniuſte, *iniuſtement: c'eſt a dire, a tort & ſans cauſe.*

Nemo)nullus enim.

Gaudet)gaudere ſolet.

Diu) longo tempore, *car homme ne ſe reſiouyſt volunticrs longuement.*

Qui vicit)cauſam obtinet,*qui gaigne ſon proces.*

Iudice iniquo) per iudicem iniquũ,*par ung faulx & mauluais iuge:*id eſt,qui iniuſte damnauit,*qui a condamne faulſement & a tort.*

¶Prætérita conuicia non ſunt verbis refricanda. *On ne doit point ramenteuoir les iniures qui ſont paſſees.*

Litis prætéritæ noli maledícta reférre.
Poſt inimicítias iram meminíſſe, malôrum eſt.

C'eſt a faire a gens mauluais de reduyre en memoire la haine paſſee.

Noli referre)verbis repetere,*garde toy de ramenteuoir:c'eſt a dire,de ramener a propos.*

Maledicta)conuicia,*les iniures.*

Litis præteritæ) rixæ anteactæ, *de la noiſe qui eſt paſſee.*

Eſt ENIM malorum)ſub. (hominum) id eſt,ad

malos homines pertinet, *car c'eſt a faire a maulnaiſes gens.*

Meminiſſe) recordari, *reduyre en memoire.*

Iram) litem, *la noiſe.*

Poſt inimicitias) poſtquā finitæ ſunt inimicitiæ, *apres que la haine eſt paſſee:* id eſt, poſt reditum in gratiam, *apres qu'on eſt retourne en grace: c'eſt a dire, de puis qu'on eſt reconcilié l'ung a laultre.*

¶Teipſum neque lauda, neque vitupera. *Ne te loue point, ny te blaſme toymeſme.*

Nec te collaudes: nec te culpaueris ipſe.

Hoc faciunt ſtulti: id quos glória vexat inânis.

Laudare ſe, vani: vituperare, ſtulti eſt. *c'eſt faict en glorieux de ſoy louer: c'eſt faict en ſot de ſoy blaſmer.*

Ipſe) tuipſe, *toymeſme.*

Nec collaudes te) ne te laudes, *ne te loue point.*

Nec culpaueris te) nec te etiam vituperes, *& ne te blaſme point auſſi.*

NAM ſtulti) ſub. homines) *car les ſotz.*

Faciunt hoc) *font ceſtuy cy:* id eſt, ſeipſos culpare ſolent, *ſe blaſment communément eulx meſmes.*

AT ILLI quos inanis gloria vexat) qui vexantur inani gloria, *mais ceulx qui ſont uexez de uaine gloire:* id eſt, vani & glorioſi homines: *c'eſt à dire, gens glorieux.*

FACIVNT id) pro illud) *font celuy la:* hoc eſt, ſeipſos fere collaudant, *ſe louent uoluntiers eulx*

meſmes.

¶Quæſitis vtere parcé.

Deſpens ton bien
Par bon moyen.

Vtere quæſitis módice, cum ſumptus abúndat.

Lábitur exíguo, quod partum eſt témpore longo.

Quæ longo tempore parta ſunt, magno ſumptu cito dilabuntur. *En faiſant grans fraiz, ſe dechet bien toſt ce qui eſt par long temps acquis.*

Vtere modice) id eſt, parce, *uſe par bon moyen:* id eſt, ſine luxu, *ſans exces & prodigalite.*

Quæſitis) rebus partis, *de tes biens acquis.*

Cum ENIM ſumptus abũdat) excedit, & nimius eſt, *car quant les fraiz ſont exceſſifz: C'eſt a dire, quát on deſpent plus qu'il ne fault.*

TVNC ID labitur) effluit, dilabitur, *alors cela ſe dechet & ſe paſſe.*

IN tempore exiguo) *en peu de temps.*

Quod partum eſt) acquiſitũ eſt, comparatum eſt, *qui a eſte acquis & amaſſé.*

IN lõgo) ſub. (tempore) *en long temps: C'eſt a dire, cela s'en va en brief, qui a eſte par long temps acquis.*

¶Interdum expedit ſimulare ſtultitiam. *Il fait aucuneſſoys bon contrefaire le ſot.*

Inſípieus eſto: cum tempus póſtulat aut res.

Stultítiam ſimuláre loco, prudéntia

ſumma eſt.

Eſto inſipiens) quaſi inſipiẽs,& ſtulto ſimilis, *fay ſemblant d'eſtre ſot.*

Cum) quando, *quant.*

Tempus) opportunitas, vel occaſio, *le temps : c'eſt a dire, l'opportunite ou occaſion.*

Aut res) *ou le cas, la choſe, la matiere.*

Poſtulat) exigit: ſub. illud) *le requiert.*

NAM ILLVD eſt ſumma prudentia) maximà aſtutia, *car c'eſt tres grande fineſſe.*

Simulare ſtultitiam) *de contrefaire le fol.*

IN loco) cũ eſt opportunũ, *quant il uient a point.*

¶Neque pródigus, neque auârus fúeris. *Ne ſois prodigue ne auaricieulx.*

Luxúriam fúgito: ſimul & vitâre meménto

Crímen auarítiæ. nam ſunt contrária famæ.

Hoc eſt, Vtrunque enim id vitium male audit ab omnibus. *Car l'ung & l'aultre uice eſt fort blaſmé de tout le monde.*

Fugito) caue, *euite.*

Luxuriam) profuſionem, *prodigalite.*

Simul &) id eſt pariter, *ſemblablement.*

Memento) *ſois aduerty.*

Vitare) fugere, *fuyr, euiter.*

Crimen auaritiæ) viciũ nimiæ tenacitatis: id eſt, ipſam auaritiam, *le peche d'auarice.*

Nam) ſub. ambo) *car tous deux.*

Sunt contraria) valde nocent, *ſont contraires, &*

nuyſent fort.

Famæ) bono nomini, *au bon bruyt d'ung hõme*: Hoc eſt, plurimũ famæ détrahunt, *Ilz diminuent beaucoup la bonne renommee.*

¶Hómini loquaci parum credendum. *A ung babillart ne fault pas adiouſter grand foy.*

Noli tu quædã referénti crédere ſẽper.
Exígua iis tribuénda fides qui multa loquúntur.

Tu noli credere ſẽper) *garde toy de croire touſiours.*
Homini ſemper referenti quædam) ei qui ſemper aliquid noui rumoris affert, *a celuy qui apporte touſiours quelque choſe de nouueau: c'eſt a dire, a ung rapporteur de nouuelles, a ung babillart.*
Fides ENIM exigua) id eſt parua.
Eſt tribuenda) habénda eſt: id eſt, parum enim credendum eſt, *car on doibt adiouſter peu de foy.*
Iis) ſub. hominibus) *a ces gens la.*
Qui loquuntur multa) qui multa dicunt, ſiue qui multum loquuntur, *qui parlent beaucoup*: id eſt, loquacibus & garrulis, *a babillars.*

ADMONITIO.

Noli tu quædam.) Quædam, pro áliqua. Sic enim proprietas exigit.

¶Non vini, ſed tua ipſius culpa eſt, ſiquid potu peccaueris. *Ce n'eſt pas la faulte du uin, mais de toymeſme, ſi tu fais quelque folie apres auoir trop beu.*

Quod potu peccas, ignóſcere tu tibi noli.

Nam nullum crimen vini eſt, ſed culpa bibéntis.

Tu noli ignoſcere tibi) tibiipſi noli parcere : ſed teipſum accuſa, non autē vinum, *ne te pardonne pas, mais toymeſme accuſe toy, & non pas le vin*:ſub. ℭin eo)*en cela.*

Quod peccas)*que tu peches.*

Potu)potatione,*par boire trop*:Hoc eſt, cum ex potatione aliquid peccaueris: noli in vinum culpā transferre : ſed teipſum accuſa. *Quant pour avoir trop beu, tu auras faict quelque folie: ne te viens point excuſer ſur le vin: mais t'en accuſe toymeſme.*

Nam nullum crimē vini eſt)nulla enim eſt in vino culpa,*car au vin n'y a aucune faulte.*

Sed)ſub.ℭillud eſt)

Culpa bibentis)potoris: *mais c'eſt la faulte de celuy qui le boyt.*

ℭAmico taciturno conſilium crede.

A ton amy, ſ'il eſt diſcret,
Deſcouure toy de ton ſecret.

Conſílium arcânum tácito commítte ſodáli.

Córporis auxílium médico commítte fidéli.

Médico,niſi fideli, ne te commíſeris. *Ne te metz point entre les mains d'ung medecin, ſ'il n'eſt bien ſeur.*

Tu committe)fac vt committas,fac vt credas.

Conſilium arcanum) ſecretum conſilium tuum, *fay que tu te fies de ton ſecret.*

Sodali)id eſt,familiari tuo, *a ton cōpaignō & amy.*
Tacito)taciturno, *qui eſt diſcret pour bien celer ce qu'on luy dit.*
ET committe auxilium corporis) fac item vt cōmittas remedium corporis tui, *fay auſſi que tu te fies du remede de ton corps.*
Medico)*a ung medecin.*
Fideli)notæ & probatæ fidei,*qui eſt bien ſeur:C'eſt a dire,en qui tu te puiſſes fier ſans dangier.*
¶Ne te offendat malorũ ſucceſſus. *Ne te faſche point de la proſperite des mauluais.*

Noli ſucceſſus indignos ferre moleſte:
Indulget fortuna malis:vt lædere poſſit

Hoc eſt,Malis fortuna blanditur, vt poſtea nó ceat. *Fortune flate les mauluais,a fin de leur nuyre apres.*
TV noli ferre moleſte) ne ægrè feras.
Succeſſus)bonam fortunam.
Indignos)quæ cōtingit malis hominibus:quanuis ea ſint indigni. *Ne ſois point deſplaiſant de bōne fortune des mauluais: combiē qu'ilz ne l'ayēt pas merite.*
NAM fortuna indulget) id eſt fauet, *car fortune fauoriſe.*
Malis)ſub.(hominibus) *aux mauluais.*
Vt)ſub.(ea)
Poſſit lædere)ſub. (illos)id eſt, illis nocere, *a fin qu'elle leur puiſſe nuyre.*

ADMONITIO.

Antiqua lectio fuerat, Succeſſus indignos noli tu ferre moleſte:Sed verſus erat duriuſculus.
¶Futuros caſus, vt leuius feras, prouide. *Penſe*

de loing les cas qui te peuuent aduenir, a fin que tu les endure plus facilement.

Próſpice qui véniunt, hos caſus eſſe feréndos.

Nam léuius lædit, quicquid præuídimus anté.

Vnde illud, Iácula præuíſa minus lædunt. *Les traitz qu'on a preueu, ne font pas tant de mal, que ceulx la qui uiennent ſoubdain.*

Próſpice) prouide, *regarde & penſe de loing.*

Hos caſus qui veniunt) pro (eueniunt) id eſt, euenire ſolent: ſub. (nobis) hoc eſt, euentus ipſos.

Eſſe ferendos) ſub. (æquo animo) *qu'il fault porter paciēment les cas qui nous aduiennent communémēt: c'eſt a dire, les aduentures & fortunes de ce monde.*

Nam) etenim, *car.*

Quicquid præuidimus antè) omne quod antè prꝙuidimus quàm ſcilicet eueniat, *tout ce que nous auons preueu deuant qu'il nous aduienne.*

ID lædit NOS leuius) minus nobis nocet, *nous fait moins de deſplaiſir, nous grieue moins.*

ADMONITIO.

Præuidimus antè) Aduerbium (antè) vacat: quia idem ſignificat (præuidim⁹) quod antè vidimus. Satis igitur erat dixiſſe, præuidimus.

¶ Aduerſis in rebus ánimus ſpe ſuſtentándus. *En aduerſite on doibt ſouſtenir ſon courage par eſperance: c'eſt a dire, on doibt touſiours bien eſperer, & auoir bon courage.*

Rebus in aduérſis ánimum ſummítte-

re noli.

Par pluſieurs cas on pert les biens:
Meſtier ne fault iamais aux ſiens.

Diſce áliquid.nam cum ſúbito fortûna recêdit,
Ars rémanet:vitámque hóminis non déſerit vnquam.

Diſce aliquid)aliquam artem,ſeu viuendi rationem,*apprens quelque art*:*c'eſt a dire,quelque ſcience,meſtier ou moyen de uiure.*

Nam cum)*car quant.*

Fortuna)fortunæ bona,*les biens de fortune.*

Recedit)recedunt,abeunt & pereunt, *ſen uont & ſe perdent.*

Subito)repente, *ſoubdainement*: *c'eſt a dire,qu'on ne ſen guette pas.*

Ars)viuendi ratio,*meſtier ou moyen de uiure.*

Remanet)pro pérmanet: ſub.(cũ ipſo homine) *demeure touſiours auec l'homme.*

Que)pro(&)

E A non deſerit vnquam)nũquam relinquit,*& ne delaiſſe iamais.*

Vitam hominis)*la uie d'ung homme.*

¶Ex verbis feré mores cognoſcuntur. *Commu-*

nément aux paroles on cognoiſt les gens: C'*eſt a dire, leurs conditions.*

Proſpicito tecum tácitus, quid quiſque loquâtur.

Sermo hóminum, mores & celat, & índicat idem.

Hoc eſt, modo celat, modo indicat. *La parole des gens aucuneſfois cache leurs conditions: aucuneſfois les deſcouure.* Vnde Seneca, Imago animi, ſermo eſt. Qualis eſt vir, talis oratio) ſub. (eius eſt). *La parole eſt l'image du cueur. Quel eſt ung homme, telle eſt ſa parole.*

TV proſpicito) diligenter vide & perpende, *prens bien garde, & note bien.*

Tecũ) apud teipſũ, *en tõ entendemẽt, & en toymeſme.*

Tacitus) *tout coy, & ſans dire mot.*

Quid quiſque loquatur) dicat, *ce que chaſcun dit*: Hoc eſt, qualis ſit vniuſcuiuſque ſermo, *quelle eſt la parole d'ung chaſcun.*

NAM) etenim, *car.*

Sermo) ſermonis qualitas, *le langage*: C'*eſt a dire, la maniere de parler.*

Hominum) *des gens.*

Celat) occultat, *cache.*

Et idem) ipſe, ſermo ſcilicet, *& iceluy meſme.*

Indicat) prodit, aperit, patefacit, *demonſtre, deſcouure & manifeſte.*

Mores) ſub. (eorum) *leurs conditions*: Hoc eſt, Homines aut tacendo, mores ſuos diſſimulant, aut loquendo aperiunt. *Les gens, ou en ſe taiſant ca-*

chent leurs conditions: ou en parlant les deſcouurent.

¶Omni arti adhibenda eſt exercitatio. A *tout meſtier & ſcience fault exercice: c'eſt a dire, on doit̃ practiquer ce qu'on ſcait, de peur de l'oublier, & pour ſoy aſſeurer touſiours.*

Exerce ſtúdiũ: quãuis percéperis artem.
Vt cura ingénium, ſic & manus ádiuuat vſum.

TV exerce ſtudium) frequens eſto in ſtudio tuo, *ſois continu en ton eſtude & uacation.*

Quanuis) licet.

TV perceperis) perdidiceris, *combien que tu ayes parfaictement apprins.*

Artem) *l'art & ſcience de quoy tu te meſles*: Hoc eſt, quanuis tu ſis in arte tua doctiſſimus, *cõbien que tu ſois fort ſcauant en ton art & uacation.*

Vt) quemadmodum, *ainſi comme.*

Cura) *le ſoing.*

Adiuuat ingenium) id eſt, confert ingenio: ſub. (hominis) *ayde & ſert a l'eſprit de l'homme.*

Sic &) ita etiam, *pareillement auſſi.*

Manus) actio, exercitatio, *l'operation.*

ADIVVAT vſum) conducit vſui, *ayde & prouſite a l'uſage qu'on ha de quelque meſtier: c'eſt a dire, en beſognant on apprent touſiours.*

Multũ ventúri ne cures témpora fati.
Non mortem métuit, qui ſcit contémnere vitam.

Celuy ne craint point la mort, qui ſcait bien deſpri-

ſer ſa uie:C'eſt a dire, n'en tenir compte.

TV ne multum cures tempora fati ventúri)mortis futuræ: Hoc eſt, ne magnopere ſis ſollicitus de tempore mortis.*Ne te ſoucie pas beaucoup du temps de la mort aduenir.*

IS non metuit)non timet,*celuy ne craint point.*

Mortem)*la mort.*

Qui ſcit)*qui ſcait.*

Contemnere vitam)ſub. (ſuam) *ne tenir compte de ſa uie.*

¶ Diſcâmus à doctis:doceâmus indoctos.

Apprenons de tous gens ſcauans:

Et enſeignons les ignorans.

Diſce:ſed à doctis:īdóctos ipſe docêto.
Propagánda étenim rerum doctrîna bonârum.

La ſcience des bonnes choſes doit eſtre multipliee.

Diſce)*apprens.*

Sed)ſub.(diſce)

A doctis)ſub. (hominibus) *mais apprens des gens ſcauans.*

AC ipſe)tu ipſe,*& toymeſme.*

Doceto)*enſeigne.*

Indoctos) ſub. (homines) *les ignorans:* poſtquam ſcilicet didiceris,*apres que tu auras apprins.*

Etenim)nanque,*car.*

Doctrina)ſcientia,*la ſcience.*

Rerum bonarum)*des bonnes choſes.*

Propaganda)ſub. (eſt)id eſt,dilatari & multiplicari debet,*doit eſtre multipliee:*mutuo ſcilicet docendo:*c'eſt a ſcauoir, en enſeignant l'ung l'aultre.*

ADMONITIO.

Indoctos ipſe docêto.)In hanc ſententiam Quintilianus ait, *A ce propos dit Quintilian:*
Optimum proficiendi genus eſt,docere quæ didiceris. *Le meilleur moyen qui ſoit de proufiter, c'eſt d'enſeigner ce qu'on a aprins.*

¶Vt recte valeas,módice bíbito.

Pour eſtre ſain,boy ſobrement.

Hoc bibe quod poſſis, ſi tu vis víuere ſanus.

Morbi nanque mali cauſa eſt quandôque volúptas.

TV bibe hoc quod poſſis)ſub.(ferre) *boy ce que tu peuz porter,& non plus*: Hoc eſt,quod natura tua poſtulat,*ce que ta complexion requiert*.quaſi dicat, ne bibas ſupra vires, *ne boy pas oultre ta puiſſance:N'en prens que ce qu'il t'en fault.*

Si tu vis viuere)*ſi tu ueux uiure.*

Sanus)*ſain*:id eſt,in bona valetudine,*en bõne ſante.*

Nanque voluptas)ſub. (corporis) *car le plaiſir du corps,la delectation charnelle.*

Eſt cauſa)*eſt cauſe.*

Quandoque)interdum,*aucuneſſois.*

Morbi mali)id eſt,maximi,*d'une treſgrãde maladie.*

ADMONITIO.

Morbi nanque mali.)Vnde Horatius,Sperne voluptates:nocet empta dolore voluptas.

Quandoque)in antiqua lectione fuit (quæcũque) vt ſit quæcunque pro quælibet.

¶Leuitatis vidêtur, damnare quod aliàs pro-

bauerꝭ. *Il ſemble que ce ſoit inconſtance, de blaſmer ce que tu as aultreſſois loué.*

Laudâris quodcúnque palàm, quodcún que probâris:

Hoc vide, ne rurſus leuitâtis crímine damnes.

Quodcunque)quicquid.

TV laudaris) pro (laudaueris) *quelque choſe que tu ayes louee.*

ET quodcunque probaris) probaueris, *& quelque choſe que tu ayes approuuee.*

Palàm)in propatulo, *publiquemẽt & deuãt le monde.*

T.V vide)caue, *garde toy.*

Ne rurſus)contrá.

Damnes)vituperes.

Hoc)eam rẽ, *que tout au cõtraire tu ne blaſmes cela.*

Crimine leuitatis) vitio inconſtantiæ, *par uice de legierete & inconſtance.*

¶In ſecũda fortúna, timẽdũ: in aduerſa, ſperãdũ.

On doit craindre en proſperite,

Eſperer en aduerſite.

Tranquíllis rebus, quæ ſunt aduérſa cauêto:

Rurſus in aduérſis, mélius ſperâre memento.

TV cauêto)próuide, *preuoy, & penſe de loing.*

IN rebus tranquillis) in ſecundis ſeu proſperis, *en ta proſperite.*

E A quæ ſunt aduerſa) res aduerſas, *les aduerſitez:* ſub. (quæ tibi poſſunt accidere) *qui te peuuent aduenir.*

Rurſus) contrà, *au contraire.*

T V memento) *te ſouuienne, ſois aduerty.*

Sperare melius) pro (bene) *biẽ eſperer:* id eſt, bonã ſpem & animum habere, *auoir bonne eſperance & bon courage.*

In aduerſis) ſub. (rebus) *en aduerſite.*

¶Seneſcendo ſemper addiſcendum.) ſub. (eſt nobis) Seneſcendo: id eſt, dum ſeneſcimus. *Touſiours nous fault apprendre en uieilliſſant.*

Studio creſcit ſapientia. *Prudence croiſt a force de ſoing & d'eſtude.*

Díſcere ne ceſſes: cura ſapiéntia creſcit.
Rara datur longo prudéntia témporis vſu.

En long temps on n'acquiert pas grande prudence.

Certiſſima igitur ac breuiſſima ad ſapiẽtiam via, eſt doctrina. *Dõc pour deuenir ſage, c'eſt le plus ſeur moyen, & le plus court d'auoir ſcience acquiſe.*

T V ne ceſſes diſcere) ſub. (aliquid) *ne ceſſe d'apprendre quelque choſe.*

QVIA ſapientia) rerum cognitio, *car ſapience: C'eſt a dire, la cognoiſſance des choſes.*

Creſcit) augetur, *ſe croiſt & augmente.*

Cura) aſſiduo ſtudio & labore, *par eſtude, par ſoing & labeur continuel.*

Prudẽtia AVTEM datur) acquirĩt: ſub. (homini) Rara) admodum parua, *mais on acquiert bien peu de*

prudence.

Longo vſu temporis) *par long uſage de temps*: ſub. (ſine ſtudio) : *C'eſt a dire, en fort long temps on ne deuient gueres ſage ſans eſtudier.*

ADMONITIO.

Cura ſapientia creſcit.) Proprie ſapientia longe aliud eſt, quàm prudentia: ſed hoc in loco ſapiẽtia pro prudentia accipitur.

Rara datur.) Quidam ſic accipiunt, Rara: id eſt, ſingularis & excellens: qualis ſcilicet in raris (id eſt, paucis) hominibus reperitur.

Prudẽtia tẽporis vſu.) Prudẽtia, eſt multarũ rerũ cognitio, vſus & experiẽtia. *Prudẽce c'eſt auoir la cognoiſſance & uſage & experiẽce de pluſieurs choſes.*

¶ Lauda parcé. *Loue moyennement: C'eſt a dire, Garde toy de trop louer ung aultre.*

Parcè laudâto. nam quem tu ſæpe probâris,
Vna dies qualis fuerit, monſtrâbit amîcus.

In eandem ſententiam Seneca, *A ce meſme propos dit Seneque*, Neminẽ cito laudaueris. *Ne te haſte point de louer aucun. Ne ſois point trop legier a louer aultruy.*

Tv laudato) ſub. (quempiam) *loue ung homme.*

Parcè) modice, mediocriter, *moyennement*: Hoc eſt, ne quem laudaueris effuſius, *garde toy de trop louer aucun.*

Nã vna dies) aliquod tẽpus, *car ung tẽps qui uiẽdra.*

Monſtrabit) declarabit, patefaciet, *monſtrera, don-*

nera a cognoiſtre,deſcouurera.

Qualis amicus)*quel amy.*

ILLE fuerit)*aura eſte celuy.*

Quem tu ſæpe probâris) probaueris, laudaueris, commendaueris,*lequel tu auras ſouuent loué.*

¶Quod neſcis diſcere ne púdeat. N'*ayes point honte d'apprendre ce que tu ne ſcais.*

Ne púdeat,quæ neſcíeris,te velle docéri.
Scire áliquid, laus eſt: pudor eſt, nil díſcere velle.

Scauoir quelque choſ' eſt honneſte.
Fuyr apprendr' eſt deſhonneſte.

Ne pudeat TE)ne verearis,*n'ayes point de honte.*

Te velle doceri)*de uouloir eſtre enſeigne*:ſub.(ea)*les choſes.*

Quæ TV neſcieris)pro(neſcies,ignorabis) *leſquelles tu ne ſcauras.*

NAM ſcire aliquid)*car ſcauoir aucune choſe.*

Eſt laus)laudabile & honeſtum, *eſt louenge* : C'*eſt a dire,eſt belle choſe & louable & honneſte.*

SED velle nil diſcere) non velle diſcere aliquid, *mais ne uouloir rien apprendre.*

Eſt pudor)res pudenda,& turpis, *c'eſt honte*: C'*eſt a dire, choſe honteuſe, uillaine & deſhonneſte*. Vnde Horatius,

Cur neſcire pudens prauè, quàm diſcere malo?

¶Ex Venere & vino ferè lis oritur.

De paillardie & de trop boire uin, communément uient noyſe & debat.

Cum Vénere & Baccho lis eſt, & iun-

ęta volúptas.

Quod lautum eſt, ánimo compléęte-
re:ſed fuge lites.

Lis)iurgium & contentio, *noyſe, queſtion & debat.*
Et voluptas)*& plaiſir charnel.*
Eſt iunęta)coniunęta, *eſt ioinęt.*
Cum Venere)cũ amore Venereo, *auecques amour charnelle.*
ET cum Baccho)pro(vino)id eſt, vini vſu, *& auecques l'uſage du uin*: Hoc eſt, habent quidem illa duo voluptatẽ:ſed ex his ferè lis ſequitur. *Vray eſt qu'il y a plaiſir en ces deux choſes la: mais il en uient communément noyſe & debat.*
ITAQVE TV compléętere animo)id eſt ama, *& pourtant ayme.*
ID quod eſt lautum) honeſtum, *ce qui eſt honneſte:* ſub.(in illis rebus)*en ces choſes la.*
Sed fuge lites)ſub.(quæ inde oriuntur) *mais garde toy des noyſes qui en uiennent.*

❡Tríſtibus & tácitis raròfidendum. *Pas ne fault trop ſe fier a gens touſiours triſtes & ſongears.*

Demíſſos ánimo, ac tácitos vitâre meménto:

Quà flumen plácidum eſt, forſan latet áltius vnda.

Pire eſt l'eaue qui dort, que celle qui court.

Memento) *ſois aduerty.*
Vitare)cauere, *fuyr, euiter.*
Homines demiſſos animo) natura triſtes, *gens qui*

ſont naturellement triſtes.

Ac)pro(&)

Tacitos) ſemper tacentes, & conſilium diſſimulantes, *ſongears : c'eſt a dire, qui ne dient mot ; & qui celent tout leur ſecret.*

Vnda)aqua,*leaue.*

Latet)*eſt cachee.*

Forſan)fortaſſe,*par auenture.*

Altius) profundius, *plus profondement, plus creux, plus bas*:ſub.(tibi)

Qua)pro(vbi)

Flumen eſt placidũ)fluuius eſt trãquillus, *la ou la riuiere eſt paiſible:* Hoc eſt, vbi leniter fluit : *c'eſt a dire, la ou elle coule doulcement & paiſiblement.*

Cum tibi diſplíceat rerũ fortũna tuarũ:
Altérius ſpecta, quo ſis diſcrímine peior.

Cum)quando,*quant.*

Fortuna)conditio,*l'eſtat.*

Rerum tuarum)bonorum tuorum,*de tes biens.*

Diſpliceat tibi)pro(diſplicebit)*te deſplaira, te faſchera:* Hoc eſt, cum videbis te non eſſe tua ſorte contentum.*quant tu uerras que tu n'es pas content de ton eſtat.*

TV ſpecta) contemplare, conſydera, *regarde & conſidere.*

FORTVNAM alterius)id eſt, aliorum, *l'eſtat des aultres.*

Quo diſcrimine)qua differẽtia, *en quelle difference.*

TV ſis peior)deterior, & minus fortunatus, *tu es moins heureux* : ſub. (quàm alij) *que les aultres:*

Hoc eſt, cómpara tuã ſortem cum aliena: & reperies multos te eſſe infœliciores: ideóque tibi æquo animo ferendum eſſe. *Fay comparaiſon de ton eſtat a celuy d'aultruy, & tu trouueras que pluſieurs ſont plus malheureux que toy: & par ainſi qu'il te fault auoir pacience.*

¶Vltra vires nihil aggrediendum. *Oultre ſon pouuoir ne fault rien entreprendre.*

Quod potes, id tenta. nam littus cárpere remis

Tutius eſt multò, quàm velum téndere in altum.

Tenta) aggrédere, *entreprens.*

Id quod tv potes) ſub. (efficere) *ce que tu peux mettre en effect.*

Nam carpere littus remis) Id eſt, remis vtendo nauigare ſecus littus, *car mener ſon bateau le long du bort de la mer en uſant de gaſches, ou auirons.*

Eſt multo tutius) *eſt beaucoup plus ſeur.*

Quàm tendere velum) *que tendre le uoile.*

In altum) *uers la haulte mer.*

Contra hóminem iuſtum, noli conténdere praué.

Semper enim deus iniúſtas vlciſcitur iras.

Noli contendere) caue ne contendas, ne lítiges, *garde toy de debatre ny plaider.*

Praue) inique & malitioſe, *faulcement & malicieuſement.*

Contra hominem iuſtum) aduerſus virũ bonum, *contre ung homme de bien.*

Deus enim ſemper vlciſcitur) punit, *car dieu puniſt touſiours.*

Iras iniuſtas) lites iniquas, *les noyſes, debatz ou proces iniques*: *C'eſt adire, qui ſont cõtre droict & raiſon.*

ADMONITIO.

Contra hominem iuſtum, &c.) Recte quidem dictum: ſed non ſatis. Nunquam enim eſt praue contendendum: nedum cũ iniuſto: imo ſi Chriſtum audîmus, nullo modo eſt contendendum: Hoc eſt, neque iuſte, neque iniuſte.

¶ Si diuitiæ tibi contígerint, gaude: ſi ereptæ fuerint, ne torqueâris. *Si tu as des biẽs, reſiouys t'en: ſi tu les pers, ne t'en tourmente point.*

Eréptis ópibus noli mœrêre doléndo.
Sed gaude pótius, tibi ſi contíngat habêre.

Noli mœrere dolendo) ne ſis mœſtus & dolens, *ne ſois triſte & deſplaiſant.*

Opibus ereptis) ſub. (tibi) id eſt, ſi diuitiæ caſu aliquo tibi ereptæ fúerint, *ſi par quelque cas de fortune tu as perdu tes biens.*

Sed gaude potius) *mais pluſtoſt reſiouys toy.*

Si contingat tibi habere) ſub. (opes) *ſ'il t'auient d'en auoir.*

Eſt iactûra grauis, quæ ſunt, amíttere damnis.
Sunt quædam, quæ ferre decet patién-

ter amîcum.

Senſus eſt, Grauis quidem iactura eſt amittere damnis ea quæ ſunt nobis: id eſt, noſtra bona: ſunt tamen damna quædam ab amicis illata, quæ ferre æquo animo debemus.

Iactura QVIDEM grauis eſt) id eſt, maxima. *Vray eſt que c'eſt groſſe perte, & peſante a porter.*

Amittere EA quæ ſunt) ſub. (nobis) id eſt, quæ habemus, *perdre ce que nous auons:* Hoc eſt, bona noſtra, *noz biens.*

Damnis) *par incõueniens & dommages que nous font les aultres.*

Quædam TAMEN ſunt) ſub. (damna) *toutesſois il y a aucuns dommages.*

Quæ) damna ſcilicet.

Decet amicũ patienter ferre) ſub. (ab amico ſuo) id eſt, quæ amicus ab amico, æquo animo ferre debet. *leſquelz dommages ung amy doit paciemment endurer de ſon amy.* Ac ſi diceret, Si amicus damnum tibi in rebus per imprudentiam dederit: non idcirco debes ab eius amicitia diſcedere.

Eſt iactura, &c.) Ordo triuialis hic eſt, Amittere damnis EA quæ ſunt NOBIS, eſt QVIDEM iactura grauis: TAMEN DAMNA quædam ſunt, quæ, &c.

¶Non eſt ſapientis, diutúrnæ vitæ confídere. *Ce n'eſt pas fait en homme ſage, de ſe fier a uiure longuement.*

Témpora lònga tibi noli promíttere vitæ.

Quocunque ingrédieris, ſéquitur mors: corpus vt vmbra.

In hãc ſententiã Martialis, *A ce propos dit Martial:* Non eſt, crede mihi, ſapiẽtis dicere viuã. Sera nimis vita eſt craſtina: viue hodie.

Noli promittere tibi) ne tibi ipſi promiſeris, *ne prometz point a toymeſme.*

Tempora lõga vitæ) tempus longæ vitæ, *le tempt de longue uie:* Hoc eſt, ne fidas vitæ diuturnitati, *ne te fie point a uiure longuement.*

NAM quocunque ingrédieris) in quẽcunque locũ eas, quocunque te vertas, *car en quelque lieu que tu ailles, & de quelque coſte que tu te tournes.*

Mors ſequitur) ſub. te) *la mort te ſuyt.*

Vt) quemadmodum.

Vmbra) ſub. ſequitur)

Corpus) *tout ainſi que l'ombre ſuyt le corps:* c'*eſt a dire, qu'elle ua quant & quant.*

Thure deum placa: vítulum ſine, creſcat arátro.

Nec credas placâre deum dum cæde litâtur.

TV placa deum) *appaiſe dieu.*

Thure) *par encens:* Hoc eſt, vt deũ places, illi thure ſacrífica, *pour appaiſer dieu, fay luy ſacrifice & oblation d'encens.*

ET ſine vitulũ VT ILLE creſcat aratro) ad vſũ aratri: Hoc eſt, noli mactare vitulũ, ſed permitte illum creſcere ad arandum. *ne tue point le ueau*

pour ſacrifier, mais laiſſe le croiſtre pour labourer.
Nec credas) ne putes.
ALIQVEM placare deũ) *& ne cuide point qu'on appaiſe dieu.*
Dum litatur) dum ſacrificatur: ſub. ei) *quant on luy ſacrifie.*
Cæde) id eſt, occiſione, *par occiſion*: ſub. animaliũ) id eſt, mactando & immolanda illi animalia, *en tuant des beſtes pour luy offrir & ſacrifier.*

ADMONITIO.

Thure deum placa.) Ne ipſo quidem thure placatur deus: ſed ex véteris teſtamenti ritu hoc inſtitutum ſeruauit eccleſia: quod ipſum tamen ad aliam ſignificationẽ referri debet. Neque enim putes omnipotentem deũ mandare, vt ſibi thus ex Arabia deferatur: ſed hoc eſt thus, quod deus à nobis ſibi quærit offerri, atque ex quo ſuauitatis odorem capit. nimirum preces ex fide non ficta, & corde puro, & conſcientia bona: ex quibus verè deus ſuſcipit fragrantiam ſuauitatis: iiſque proprie delectatur, & placatur iratus.

A potentibus læſus, diſſimula.

Si les gros t'ont faict ung dommage,
N'en fay ſemblant ſi tu es ſage.

Cede locũ læſus fortúnæ, cede poténti.
Lædere qui pótuit, prodeſſe aliquándo valêbit.

Celuy qui a peu nuyre, pourra faire plaiſir quelque fois: C'eſt a dire, ung temps qui uiendra.

Cede locum) noli reſiſtere.
Fortunæ) homini fortunato: id eſt, diuiti.

Læſus)ſub.(ab illo)id eſt,quanuis te læſerit.
Cede INQVAM potenti)ſub.(homini)
ETIAM LAESVS AB ILLO)*Ne reſiſte point a ung homme riche & puiſſant, combien qu'il t'ayt faict quelque tort.*
NAM IS valebit)poterit,*car celuy pourra.*
Prodeſſe)ſub.(tibi)*te faire proufit.*
Aliquando) aliquo tempore futuro, *quelque fois: C'eſt a dire,ung temps advenir.*
Qui potuit)*lequel a peu.*
Lædere)ſub.(te)id eſt, tibi nocere,*te nuyre,te faire deſplaiſir,te faire tort.*
¶Siquid peccáueris,te ipſe ſtatim accúſa. *Si tu as faict quelque faulte,accuſe toy incontinent toymeſme.*

Cum quid peccâris: caſtîga te ipſe ſubinde.
Vúlnera dum ſanas: dolor eſt medicîna dolôris.

En gueriſſant les playes,douleur porte medecine.
Cum peccâris quid) cum in aliquo peccaueris, *quant tu auras peche ou failly en quelque choſe.*
TV ipſe caſtiga te) argue, reprehende, *toymeſme accuſe toy, & te blaſme, & te reprens.*
Subinde) ſtatim,*incontinent apres.*
NAM dũ TV ſanas)dũ quis ſanat,*quant on gueriſt.*
Vulnera)*les playes.*
Dolor eſt medicina doloris)medetur dolori: ſub. (ægroti)*douleur porte medecine au mal du pacient.*
Quaſi dicat, vulnus ſine dolore non ſanatur,

quinetiam eò meliora ſunt medicamenta, quò acerbiora.

¶Diuturnæ conſuetúdinis amîcũ, quanuis immutatum, ne vnquam vituperes. *Iamais ne dy mal d'ung amy, que tu as long temps hante : combien qu'il ſoit change.*

Damnâris nunquam, poſt longũ tempus, amîcum.

Mutâuit mores: ſed pígnora prima mẽménto.

Tu nunquam damnaris) pro damnaueris: id eſt, ne vnquam vituperes.

Amicum poſt longum tẽpus) eum qui longo tempore tibi amicus fuit. *Iamais ne dy mal de celuy qui t'a long temps eſte amy.*

NAM TAMETSI ILLE mutauit mores) *car combien qu'il ayt change ſes conditions.*

Sed) pro tamen)

Memento) meminiſſe debes.

Pignora prima) priſtini amoris vinculum, *toutesfois tu dois auoir memoire du lien de premiere amour.*

¶Vt ſis charus ómnibus : eſto gratus officijs. *Pour eſtre aymé de tous, ſois recognoiſſant des biens qu'on te fait.* Ingrâtus enim omnibus eſt odio. *Car ung homme ingrat eſt hay de tout le monde.*

Grátior offíciis quò ſis, mage chárior eſto:

Ne nomen ſúbeas, quod dícitur offi-

ciperda.

Quò TV ſis)id eſt, vt ſis, *a fin que tu ſois.*
Gratior officijs)ſub. (in te collatis) *plus recognoiſſant des biens qu'on t'a faictz.*
Eſto charior mage)pro magis)id eſt, potius: Hoc eſt, ab eo cui beneficia debes, ſtude potius amari: ſub. quàm ipſa beneficia referre)
Ne TV ſubeas)*de peur que tu n'encoures.*
ID nomen)*le nom.*
Quod VVLGO dicitur)*lequel eſt dict communémẽt.*
Officiperda)id eſt, homo in quẽ collatũ perditur officium. V*ng homme a qui tout bien faict eſt perdu.*

ADMONITIO.

Gratior officijs quò ſis, &c.) Obſcura quidem eſt huius verſiculi ſentẽtia: ſed tamen hæc videtur eſſe, Vt gratus habearis apud eum, qui in te beneficium cõtulit (hoc eſt, vt certius agnoſcat te, & memorem & gratum eſſe, nec te ingratũ exiſtimet) da operam potius vt ameris ab eo, quàm vt ei gratiam referas. Nam ſi retuleris gratiam, iam nihil ei debere videberis: atque ita ſe abs te contemni putabit: quod quidẽ eſt homini liberali moleſtiſſimum. Nõ enim ſolet in te cõferre beneficium, niſi qui te amat. Quòd ſi amat, vult abs te quoque redamari: hoc eſt, cupit vt ſe mutuo diligas. neque aliud, ſi vere liberalis eſt, in remuneratione poſtulat. Non potes autẽ illi maniſeſtius amorem tuum patefacere, quàm ſi des operam ſemper vt ameris ab eo. Neque enim dubitabit quin ſe ames, qui tam ſtudioſe quæras ab eo diligi. Exẽpli gratia ponamus aliquid maniſeſtius, Qui captus eſt amore mulieris,

omnino ſtudet ei placere: vt ab ea redametur. Et mulier quidē id animaduertens, non ignorat ab illo ſe amari: ſiue amet illa, ſiue non amet. Hoc igitur eſt quod hic dicitur, mage charior eſto: id eſt, ſtude potius amari ab eo cui beneficiū debes, quàm, &c. Amaberis autem: ſi modis omnibus (abſit tamen adulatio omnis & aſſentatio) laborabis vt illi placeas: ſi debere te oſtēdes: ſi cauebis offendere.

Ne nomen ſubeas, &c.) Nullus enim verius dici ingratus poteſt: quàm qui nō amat pro beneficio. Nam multi quidem referre poſſunt officijs gratiam: at qui verè ament, quàm paucos inuenias. Vnde & benigniſſimus ille cæleſtis pater, pro ſuis omnibus in nos beneficijs nihil aliud, niſi amorem, exigit.

Quod dicitur.) Ita locutus eſt author, ſignificare lectori volens, hanc vocem (officiperda) vulgarem eſſe, non mere Latinā. Veriſimile eſt enim fuiſſe eo tēpore triuiale nomen: quod per conuicium vulgus in hominem ingratū vſurpabat. Eſt autem (officiperda) nomen ita factum, vt (frugiperda) apud Plinium lib. 16. cap. 26.

¶Si ſuſpitioſus fúeris, ſemper eris miſer.

Si tu es ſoupſonneux, tu ſeras touſiours miſerable: c'eſt a dire, tu n'auras iamais repos en tō eſprit.

Suſpéctus cáueas: ne ſis miſer ómnibus horis.

Nam tímidis, & ſuſpéctis aptíſſima mors eſt.

TV FAC VT caueas ſuſpectus) vt fugias ſuſpi-

tiones,*metz peine de fuyr ſoupſon:* C'*eſt a dire, garde toy d'eſtre ſoupſonneux.*

Ne ſis miſer)infœlix.

Omnibus horis)ſemper,*de peur que tu ne ſois touſiours miſerable:*vtpote ſemper viuens in metu,& ſolicitudine: C'*eſt a ſcauoir, touſionrs uiuant en crainte & en ſoucy.*

Nam mors)*car la mort.*

Eſt aptiſſima)maxime coueniens,*eſt fort couenable.*

Timidis)meticuloſis:ſub.(hominibus)

ET ſuſpectis) ſuſpitioſis, *a gens craintifz & ſoupſonneux:* Hoc eſt,eiuſmodi homines ſunt morte digniſſimi : qui ſemper in alicuius periculi timore,aut ſuſpitione viuūt:C'*eſt a dire, telles gens ſont bien dignes de mourir qui uiuent touſiours en crainte & ſoupſon de quelque d'anger.* Nunquam enim poſſunt iucunde viuere, cum ſemper timeant.*Car ilz ne peuent iamais uiure plaiſamment, pource que touſiours ilz craignent.*

ADMONITIO.

Suſpectus caueas.) Suſpectus, pro (ſuſpitiones) metri gratia poſuit. Sic & in ſecundo verſu (ſuſpectis)pro(ſuſpitioſis)

Ne ſis miſer omnibus horis) Nam, vt Iuſtinus ait,nulla eſt metuentibus requies. *Car,comme dit Iuſtin,gens qui craignēt ne ſont iamais en repos.*

¶In ſeruis tractándis,hómines eſſe memineris. *En traictāt tes ſeruiteurs,te ſouuienne qu'ilz ſont hommes comme toy.*

Cum ſeruos fúeris, próprios mercâtus in vſus:

Et fámulos dicas: hómines tamen eſſe
memento.

Cum TV mercatus fueris) quanuis emeris, *combien que tu ayes acheté.*

Seruos homines) ſeruæ conditionis, *gens ſerfz: c'eſt a dire, de ſeruile eſtat.*

In vſus proprios) in vſum tuum, *pour ton uſage: c'eſt a dire, pour te ſeruir.*

Et CVM TV dicas) & quanuis illos appelles, *& combien que tu les appelles.*

Famulos) *uarlets ou pages.*

Tamen TV memento EOS eſſe homines) quaſi dicat non pecudes: ideóque abs te non ferino, ſed humano more tractandos eſſe. *toutesfois te ſouuienne que ce ſont hommes, & non pas beſtes brutes: & par ainſi que tu les doibs traicter non pas comme beſtes, mais humainement.*

ADMONITIO.

Mercatus fueris.) Hoc dicit ex more antiquorum, qui ſeruos & vendere, & emere ſolebant.

¶Occaſionem rei cómmodæ ne prætermíttas.
Ne laiſſe aller l'occaſion,
De cela qui t'eſt propr' & bon.

Quamprimum rapiénda tibi eſt occá-
ſio prima:
Ne rurſus quæras quæ iam negléxeris
anté.

Occaſio prima) quæ tibi primum oblata fuerit, *la premiere occaſion qui te ſera preſentee.*

Eſt rapienda tibi)*doibt eſtre prinſe de toy.*

Quamprimum)ſtatim,*tout incontinent.*

Ne quæras)requiras.

Rurſus)iterum,*de peur que tu ne regrettes de rechief.*

EA quæ iam neglexeris) contempſeris, *ce que tu auras deſia depriſe:C'eſt a dire,dequoy tu n'auras tenu compte.*

Antè)*par auant.*

ADMONITIO.

Vt rei celeritatem oſtenderet, rapienda (quaſi raptim capienda)ſignificantius dixit,quàm aut capienda,aut accipienda.Sic Virgilius,

Corripit extemplo.

¶Si mali ſúbito moriántur, dolendum magis, quàm gaudendum.

Si pecheur meurt ſubitement,
N'en ſois ioyeulx:mais fort dolent.

Morte repentína noli gaudêre malôrum.

Fœlíces óbeunt, quorum ſine crímine vita eſt.

Noli gaudere)ne gaudeas,ne lætêris, *ne te reſiouys point.*

Morte repentina) ob ſubitam mortem,*de la mort ſoubdaine.*

Malorum)ſub.(hominum)*des mauluais.*

NAM ILLI obeũt fœlices) habẽtur beatì in obitu:id eſt,in morte. *car ceulx la meurẽt biẽ heureux: C'eſt a dire, on les repute bien heureux en leur mort.*

Quorum vita eſt)id eſt,fuit, *des quelz la uie a eſte.*

Sine crimine) *ſans blaſme, ſans reproche:* Hoc eſt, qui caruerunt nota, qui ſine reprehenſione vixerunt, *qui n'ont eſte notez aucunement, qui ont eſte irreprehenſibles.*

ADMONITIO.

Fœlices obeunt, &c.) Genus eſt loquendi, pro eo quod eſt, Pauci admodũ moriuntur, quorũ vita ſine crimine fuerit. Ac ſi diceret, Adeò pauci viuunt ſine crimine, vt tales iure optimo fœlices in morte dicendi ſint: nempe qui id malum ferme omnibus cõmune effugerint. vnde & ſuprà dictum eſt, Nemo ſine crimine viuit. Stultus eſt igitur, qui morte aliorum gaudet, quantumuis mali fuerint: cũ ignoret ipſe finem ſuum, in tanta præſertim difficultate viuendi ſine crimine.

Cum tibi ſit coniunx, nec res, & fama labôret:
Vitándũ ducas inimîcũ nomen amíci.

Senſus eſt, Si pauper vxorẽ pulchrã habes dubiæ pudicitiæ (id eſt, de cuius pudicitia dubites) fuge ſimulatas amicitias diuitũ: qui te amicũ vocitantes, amicos ſe tibi eſſe fingũt: cũ ſint amici potius vxoris tuæ, re autem vera tibi inimici.

Cum coniunx ſit tibi, nec res) ſub. (ſit tibi): hoc eſt, ſi vxorem habeas, nec habeas rem: id eſt, diuitias, *ſi tu as une femme, & ſi tu n'as des biens,* c'*eſt a dire, ſi tu es poure.*

Et CVM fama) ſub. (eius)

Laboret) id eſt, ſi fama eius periclitetur, *& ſi ſon renõ eſt en dãger:* c'*eſt a dire, ſi elle a mauluais bruyt.*

ou a tout le moins, ſi on en a maulvais ſoupſon.
TV ducas) ducito, exiſtima.
Inimicũ nomen amici vitandũ ESSE TIBI) id eſt, fugiendũ: *penſe que tu doibs fuyr d'avoir ung nom d'amy, lequel nom t'eſt ennemy & cõtraire*: Hoc eſt, caue tibi ab eo genere hominum, qui te amicum vocantes nihil aliud quærunt, quàm eo prætextu abuti vxore tua. *Garde toy de ceſte maniere de gens la, leſquelz en t'appelant leur amy, ne cerchent aultre choſe, ſinon d'abuſer de ta femme ſoubz umbre de cela.* Id autẽ amici nomẽ eſt inimicũ tibi: id eſt, tuæ famæ contrariũ. Si enim illud admiſeris: videberis ipſe vxorẽ tuam proſtituere.

ADMONITIO.

Vitandum ducas) Modus eſt loquendi, pro eo quod eſt, vita: id eſt fuge, caue: aut fac vt vites, fac fugias.

¶Quò plura ſcies, eò ſtudioſior eſſe debebis.
Tant plus ſcauras, tãt plus tu doibs eſtre ſtudieux: c'eſt a dire, ſongneux d'apprendre.

Cum tibi contigerit ſtúdio cognóſcere multa:
Fac diſcas multa: & vites nil velle docéri.

Cum contigerit tibi) *quant il te ſera aduenu.*
Cognoſcere) ſcire, *ſcauoir.*
Multa) *pluſieurs choſes.*
Studio) ſub. (tuo) *par ton eſtude.*
Fac) da operam.
VT TV diſcas) ſub. (inſuper) *metz peine d'appren-*

dre d'auantage.

Multa)*beaucoup de choſes.*

Et FAC VT vites)caueas.

Nil velle doceri) te non velle doceri aliquid:ſub. (præterea) : Hoc eſt, caue recuſes præterea doceri:quaſi ſatis ſupérque doctus. *Garde toy de refuſer a eſtre d'auantage enſeigne : comme ſi tu eſtois trop ſcauant.*

OPERIS CONCLVSIO.

Miráris verbis nudis me ſcríbere verſus?
Hos bréuitas ſenſus fecit coniúngere binos.

Hoc dicit propter breuitâtem, nudis verbis, & binis verſibus hæc ſcripta ſunt. *A cauſe de breuete ces preſens enſeignemens ſont compoſez en ſimple langage, & mis en uers, qui uõt deux & deux.*

AN miraris me ſcribere) quòd ego ſcribam, *t'esbahis tu ſi i'eſcrips.*

Verſus nudis verbis)ſimplici eloquio, & citra ornatum poeticum,*uers en ſimple langage: c'eſt a dire, ſans ornement poetique.*

Breuitas ſenſus) compẽdium ſententiæ, videlicet quia ſententiæ breues ſunt. *la breuete de ſentence: c'eſt a dire, la cauſe que les ſentences ſont breues.*

Fecit ME cõiungere)fecit vt cõiungerẽ, vt connecterem,*m'a faict conioindre, lier & mettre enſemble.*

Hos)ſub.(verſus)*les uers de ce preſent liure.*

Binos)*deux & deux.*

Finis diſtichorum de móribus.

Cónſule de dubiis, ſápiunt qui péctore toto:
Ne ſine iudício plúrima forte legas.

Taciturnitatis fructus in conuictu.

Tutus & accéptus ſi vis conuíuere vbique:
Tantum audi, atque vide: gárrulus eſſe caue.

In eandem ſententiam.

Gratus eris cũctis: multóſque parâbis amícos:
Ac viues tutus, ſi taciturnus eris.

Dicta inſignia

SEPTEM SAPIENTVM Græciæ cum interpretatione.

Senſuyuent les beaulx ditz des ſept ſages de Grece, auec leur declaration.

Omnibus placêto.

Hoc eſt, da operam vt tua culpa nemi-nem offendas.

Fay au gre de tout le monde: C'eſt a dire, metz peine de ne faſcher ou offenſer perſonne par ta faulte.

Bona res quies.

Sub. (eſt) Hoc eſt, tranquillitas animi, bona res eſt.

Bonne choſe eſt tranquillite: C'eſt a dire, repos d'eſprit, & paix de conſcience.

Periculôſa temeritas.

Sub. (eſt.)

Dangereuſe eſt temerite: C'eſt a dire, indiſcretion & in-

conſideration.

ADMONITIO.

Temeritas dicitur, cum quis omnia témere facit: Hoc eſt, ſine cõſilio, ratione, & prudentia. *Temerite ſ'appelle, quant ung homme fait toutes choſes a la volee & a l'aventure: C'eſt a dire, ſans conſeil, ou ſans aduis, ſans conſideration, & ſans diſcretion.*

Quicquid promíſeris› fácito.

Fay tout ce que tu auras promis.

Amícis aduérſa fortúna vténtibus, idẽ eſto.

A tes amys ſois en aduerſite,
Tel que tu fuz en leur proſperite.

Infortúniũ tuum celâto: ne voluptâte affícias inimícos.

Ne fay ſemblant de ton malheur, de peur de reſiouyr tes ennemys.

Veritáti adhærêto.

Tiens toy a verite: C'eſt a dire, ne la delaiſſe iamais.

Violéntiam óderis.

Hoc eſt, nihil per violentiam facito.

Ne fay rien par violence.

Age quæ iuſta ſunt.

Traicte choſes iuſtes & raiſonnables.

Domus curam age.

Domus: id eſt, rei domeſticæ.

Penſe de ton meſnage.

A maledicéntia temperâto.

Ne ſois point iniurieux, ny detracteur, ou meſdiſant.

Ne teipſũ præcipites in diſcrîmen.

Hoc eſt, Caue ne teipſum témere in periculum conijcias.

Ne te metz point folement en dangier.

Temperántiam exérce.

Hoc eſt, aſſidue labôra in coercendis voluptatibus.

Exerce toy en attrempance:C'eſt a dire, trauaille continuellement a matter les plaiſirs charnelz du corps.

Móribus probâtus eſto.

Hoc eſt,cura vt bene de tua vita iudicetur.

Sois approuue en bonnes meurs:Ceſt a dire,fay qu'on ait bonne eſtime de ta uie.

Calúmniam óderis.

Hoc eſt,ne falſò accuſes,néve iniquè lítiges.

Ne ſois point calúniateur:C'eſt a dire,faulx accuſateur, ne playde point par barat ou tricherie: C'eſt a dire, par malice & tromperie.

Túrpia fuge.

Garde toy de choſes uillaines & deſhonneſtes.

Voluptáti témpera.

Hoc eſt,ne ſis voluptati déditus.

Ne ſois ſubiect au plaiſir du corps.

A iureiurando ábſtine.

Ne iure point.

Pietâtem ſectâre.

Hoc eſt,officiôſus eſto in patriam, in parẽtes,cæteróſque ſanguine coniunctos.

Sois affecté a faire plaiſir a ton pays, a ton pere &

mere, & a tous aultres de ta parente.

Laudâto honéſta.

Dy bien des choſes honneſtes.

A vítiis ábſtine.

Garde toy des choſes uitieuſes.

Benefícium repénde.

Recompence le bien qu'on t'a faict.

Supplícibus miſéricors eſto.

Ayes pitie des ſupplians: c'eſt a dire, de ceulx qui te ſupplient a leur ayder, ou qui te requierent mercy.

Litem óderis.

N'ayme point noyſe, debat, ou proces.

Sapiéntum vtere conſuetúdine.

Id eſt, verſare cum bonis.

Hante les ſages: c'eſt a dire, les gens de bien.

Líberos inſtítue.

Id eſt, érudi, aut erudiendos cura.

Enſeigne tes enfans, ou les fay enſeigner.

Bonos in précio habêto.

Priſe les bõs: c'eſt a dire, fay grãd eſtime des gens de biẽ.

Aúdi quæ ad te pértinent.

Eſcoute cela qui te touche.

Probrum fúgito.

Id eſt, ignomíniam.

Garde toy de diffame.

Reſpónde in témpore.

Reſpons a point: c'eſt a dire, quant il en eſt temps.

Ea fácito, quorum non poſſit pœnitêre.

Fay les choſes, de quoy tu ne te puiſſes repentir.

Necui inuídeas.

N'ayes enuie ſur aucun.

Quod iuſtum eſt, imitâre.

Enſuys ce qui eſt iuſte: c'eſt a dire, prens exemple en choſes iuſtes & raiſonnables.

Bene méritos honôra.

Id eſt, dignos.

Fay honneur a ceulx qui en ſont dignes: c'eſt a dire, aux quelz il appartient.

Spes foue.

Hoc eſt, ſemper bene ſperâto.

Touſiours ayes bonne eſperance.

Affábilis eſto.

Soir affable: c'eſt a dire, doux & gratieux a parler aux gens.

Cum erráueris, muta conſíliũ.

Hoc eſt, incœptũ relinque: aut áliter age.

Quant tu auras failly, change conſeil: c'eſt a dire, laiſſe ton entreprinſe, ou la fay aultrement.

Diutúrnam amicítiam cuſtódi.

Hoc eſt, quamdiutiſſime poteris

Garde tõ alliance lõguemẽt: c'eſt a dire, le plus long tẽps que tu pourras.) Vel ſic, Eã potiſſimũ tuêre amicitiã, in qua diu permanſeris. *Entretiens ſpecialemẽt l'alliãce en laquelle tu auras long temps demouré.*

Omnibus teipſum præbe.

Hoc eſt, erga omnes vltro officioſus eſto.

De toymeſme offre toy a tous: C'eſt a dire, ſois prompt a faire plaiſir a ung chaſcun.

Teipſũ) id eſt, vltro: hoc eſt, etiã nõ rogat⁹. *De toymeſme: C'eſt a dire, de tõ bõ gre, & ſans te faire prier.*

Concórdiam ſectâre.

Entretiens touſiours paix & accord.

Magiſtrátus métue.

Crains les officierr de la choſe publique.

Ne loquâris ad grátiam.

Id eſt, in fauôrem.

Ne parle point en faueur.

Ne témpori credíderis.

Hoc eſt, ne fidas præſenti fortunæ.

Ne te fie point au temps: C'eſt a dire, en ta proſperite.

Teipſum ne négligas.

Hoc eſt, teipſum cura.

Ne ſois nõchalant de toy: C'eſt a dire, penſe de toymeſme.

Seniôrem reuerêre.

Porte reuerence a ung homme ancien.

Mortem óppete pro pátria.

Hoc eſt, ne tímeas pro defenſione patriæ exponere te mortis periculo, ſi opus fuerit.

Meurs pour ton pais: C'eſt a dire, pour defendre ton pais ne crains point a te mettre en danger de mort, ſ'il en eſt beſoing.

Ne quauis de re dóleas.

Ne prens pas douleur d'une choſe ou d'aultre a tous

propos.

Ne efferâris glória.

Ne t'eſleue point de gloire: C'*eſt a dire, ne deuiens point glorieux, ne t'orgueillis point.*

Arcânum cela.

Cele ton ſecret.

Cede magnis.

Hoc eſt, ne contendas cũ potentióribus.

Aut aliter, Potẽtióribus ne aduerſêris.

Ne prens point queſtiõ ou debat a gens plus puiſſans que toy. O*u aultrement,* N*e ua point a l'encontre d'iceulx.*

Opportunitâtem expectâto.

Attens l'opportunite: C'*eſt a dire, le temps de faire la choſe a point.*

Mortália cógita.

Hoc eſt, altiôra te ne quæſíeris.

Pẽſes choſes mortelles: C'*eſt a dire, ne penſe point de dieu choſes trop haultes, & qui paſſent ton entendement.*

Largîre cum vtilitâte.

Hoc eſt, ne déderis quod nocêre queat.

Donne a proufit: C'*eſt a dire, ne donne point ce qui peult nuyre.*

Dolôrem fuge.

Garde toy de douleur & deſplaiſance.

Mórtuum ne ridêto.

Ne te moque point d'ung mort.

Amícis vtere.

Sub. (in tempore)

Ayde toy de tes amys en temps & lieu.

Deléƈta amícos.

Donne ioye & plaiſir a tes amys.

Cónſule inculpaté.

Hoc eſt, Tale conſilium cape, vt ſis inculpatus, id eſt, vt quicquid accíderit, culpa tamen careas. Vel ſic, Tale conſilium præbe, vt culpa careas: id eſt, reprehendi non poſſis.

De número ne male lóquere:
Quid ſit autem auſcúlta.

Ne blaſpheme point dieu : mais apprens que c'eſt de luy.

De numine) id eſt, de deo.

Quid ſit) Sub. (ipſum numen) id eſt, deus.

Auſculta) diligenter audi: ſub. (à ſapientibus.)

Audîto multa: lóquere pauca.

Eſcoute beaucoup, & parle peu.

Prius intéllige: déinde ad opus accêde.

Entens premier ce qui eſt de faire : & puis metz toy a faire l'euure.

Ne ob diuítias laudâris virum indîgnum.

Pour les richeſſes ne loue point ung homme indigne: C'eſt a dire, qui ne uault pas eſtre loué.

Príncipem honôra.

Porte honneur au prince.

Amícos probâto.

Hoc eſt, ne cui témere fidas: donec perſpeƈtum eius animum habúeris.

Eſprouue tes amys: C'eſt a dire, ne te fie point legieremẽt en aucũ, tãt que tu ayes entierement cogneu ſon cueur.

Nemini promíttito.

Ne prometz a perſonne.

Símilis eſto tui.

Hoc eſt, ne ſis ipſe tibi contrárius, ne ſis mutábilis.

Sois touſiours ſemblable a toymeſme: C'eſt a dire, ne ſois point variable & inconſtant.

Quod adeſt, boni cónſule.

Prens en gre ce que tu as.

Suſurrônem ex ædibus éiice.

Chaſſe de ta maiſon ung flagorneur.

Suſurro dicitur, qui occulte maledicendo odiũ in aliquẽ, aut diſſenſionẽ molitur. *Vng flagorneur: C'eſt a dire, ung homme lequel en meſdiſant, taſche ſecrettement a mettre hayne & diſcord entre aucuns.*

A familiáribus in minútis rebus læſus, feras.

Endure de tes amys en petitz cas: C'eſt a dire, ne te courrouce a eulx pour peu de choſe.

Inimîcum ne putes amîcum.

Id eſt, inimíco ne fidas.

Ne cuide pas de tõ ennemy, qu'il te ſoit amy: C'eſt a dire, ne te fie en ton ennemy, quelque ſemblant qu'il te face.

Quæ féceris paréntibus, éadem à liberis expécta.

Attens de tes enfans cela meſme, que tu auras faict a

ton pere ou a ta mere.

Ante ómnia veneráre numen.

Id eſt, Deum.

Sur toutes choſes loue dieu.

Inter amícos ne fúeris iudex.

Ne te meſle point de iuger entre tes amys.

Ne contende cum paréntibus, etiam ſi iuſta díxeris.

Ne debas point auec ton pere ou ta mere, combien que tu dies la raiſon.

Infortunâtum ne irríſeris.

Ne te moque d'aucun mal fortuné.

Ne lingua præcurrat mentem.

Hoc eſt, incogitatũ verbum ne emittas.

Ne dis point une parole ſans l'auoir penſee.

Quæ fieri non poſſunt, ne concupíſcas.

N'appete point ce qui ne ſe peult faire.

Vxôrem dúcito ex æquálibus.

Eſpouſe une femme de gens de ta ſorte.) Ne ſi ex ditioribus duxeris, dominos tibi pares, non affínes. Pares) id eſt, cómpares, acquíras.

Dictabat paruulis ſuis Maturinus Corderius Nouioduni: quæ eſt Niuernenſiũ metropolis ad flumẽ Lígerim.

seur

elizabel duguy

EXCVDEBAT ROB. STEPHANVS

PARISIIS, ANN. M. D. XXXVII.

POSTRID. CAL. IAN.

W

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE